


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 00845763 2

Handle with
EXTREME CARE

This volume is
BRITTLE
and cannot be repaired

Photocopy only if necessary

GERSTEIN SCIENCE
INFORMATION CENTRE



R

126

G2

1821

E.16

~~G~~

(ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ
Α Π Α Ν Τ Α.)

CLAVDII GALENI
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN
LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS
ORDINARIVS ETC.

T O M V S XVI.

LIPSIÆ

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1 8 2 9.

MEDICORVM GRAECORVM
O P E R A
QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN
LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS
ORDINARIVS ETC.

V O L V M E N XVI.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. XVI.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1 8 2 9.

36085-
22/2/95



2 pages

PRAEFATIO.

Qui hoc ipso volumine continetur, Galeni commentarius in Hippocratis de humoribus libellum a me e bibliothecae reg. Parisiensis codice graece nunc primum editur. Cujus quidem codicis apographum mecum benevole communicavit Generosissimus Eques DE MERCY, medicae facult. Paris. D. et medicinae graecae Professor, cujus insignem erga me humanitatem abhinc decem annos celebravi, cum in programmate, quo panegyris academica ob summos in arte medica honores in FR. AUG. LANDMANNUM conferendos indicebatur, specimen commentariorum illorum ederem. Cum autem ejusmodi libelli academici vix ultra angustos limites illius literarum universitatis, in qua in publicum prodierunt, divulgari soleant, nec ego hoc programmate *Opuscula mea academica* onerare velim, liceat huc transferre, quae olim de hoc codice ad lectores retuli, iisque inferere, quae antea editis addi posse puto.

Librum *περὶ χυμῶν*, qui inter Galenicos reperitur (to. III. ed. Chart. p. 150—153.), a Galeno haud conscriptum esse inter omnes constat, nec opus est, ut ea repetam, quae hac de re ACKERMANNUS in Fabric. *bibl. graec.* to. V. p. 449. (in Lips. Galeni edit. t. I. p. CLXIII.)

recte monuit. Diversus autem ab edito hocce libello extabat in bibliotheca Coislin., de quo exposuit MONTE-FALCONIUS in catal. illius bibliothecae, P. II. p. 448., cujus tamen initium, quod tamen alias fieri solet, non additur. In bibliotheca Caes. Vindob. continetur alius quoque codex, isque inter graecos XXVIII., inscriptus Γαληνοῦ περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτους, de quo NESSELIUS P. III.; p. 39. exposuit. Cujus quidem initio, a NESSELIO descripto: Κόσμος ἐκ δ' στοιχείων συνέστηκε, πῦρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· συνέστηκε δὲ ὁ κόσμος ὁ μικρὸς ἐκ δ' χυμῶν etc. si reliqua responderint, omnino diversus est uterque libellus existimandus. Sed nec hunc verum Galeni puto foetum.

In Hippocratis de humoribus librum aliquoties commentatus est Galenus. Nam *comment. II. in libr. III. Hippocr. epidem. text. I. p. 578. to. XVII. ed. Lips.* narrat, intra paucos dies confectum subito esse commentarium in Hippocratis laudatum libellum: μετὰ δὲ τοῦτο τοῦ περὶ χυμῶν ἐξήγησιν ἐποησάμην διὰ ταχέων ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ἐπειγομένου πρὸς ἀποδημίαν παρακαλέσαντος αὐτὸ γραφῆναι. Ab hoc brevi commentario, qui graece cum latina NIC. VIGOREI versione hoc titulo prodiit: Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν. *Hippocr. Coi lib. de humorib. Galeni in eund. libr. comm. graece nunc prim. in lucem edit. idque c. lat. N. Vigorei interpr. Lutet. 1555. 4.*, a me nondum visus, diversi omnino sunt tres commentarii copiosiores, qui nunc primum graece mea opera prodeunt. Quos quidem ab ipso GALENO *de facult. natur. II. c. 8. to. II. p. 107—125. ed. laud. et de plac. Hipp. et Plat. VIII. 5. to. V. p. 679. ff. laudari auctor quidem est GRUNERUS censur. libr. Hippocr. p. 113.*, sed ego in utroque loco nihil horum reperire potui. Legi in FABRICII

bibl. graec. to. II. p. 568., exstare versionis latinae, a RASARIO factae, editionem, hoc titulo insignem: GALENI in HIPPOCR. *libr. de humor. comm.* III. *Ejusd. sex reliqui comm. in VI. de morb. vulgarib. libr. itemque VII. et VIII. latin. donat.* JO. BPT. RASARIO interprete. Ven. 1562. 8., quae num eadem sit, qua CHARTERIUS usus est, nunc definire haud possum. Nam hic, qui alias semper nominare solet versionum suarum auctores, de hujus versionis auctore penitus silet. Nec mihi haec contigit felicitas, ut oculis meis RASARII versionem lustrare atque cum Charteriana conferre possem, quoniam omnes, quas de illo libro adii, publicae et hujus urbis et exterarum bibliothecae eo carent. Nam quamquam ex Amicissimi Viri DE MERCY literis cognoveram, hanc RASARII versionem in Reg. bibl. Paris. exstare, tamen Vir ille Eruditissimus me certio rem non fecit, an Rasarii versio cum Charteriana conveniat, nec ne.

Sunt autem, qui hos tres in Hippocratis libellum de humoribus commentarios a Galeno conscriptos esse propterea negent, quoniam pag. 37. locus ex Thaletis libro secundo *περὶ ἀρχῶν* in iis occurrat, quum ipse Galenus in Hippocratem *de nat. hum.* to. XV. p. 69. fateatur, se sententiam de rerum omnium ex aqua ortu ex libro Thaletis ostendere haud posse. Hos autem libros *περὶ ἀρχῶν* a Thalete vere conscriptos esse, MENAGIUS ad *Diogen. Laërt.* I. 27. p. 16. propterea negat, quoniam praeter Galenum (*comm. in Hippocr. de humor.* p. 37. to. XVI.) nemo illorum meminerit. Sed si hoc argumentum rem extra omnem dubitationem poneret, satis magnam librorum, qui non nisi semel et ab uno tantum scriptore laudati sunt, copiam ab antiquis, quibus tribui solent, auctoribus omnino non scriptam, sed a recentioribus confictam fuisse

concedere deberemus. JAC. MENDELIIUS, medicus quondam Parisiensis, qui specimen codicis sui, tres illos Galeni commentarios continentis, cum Menagio communicaverat, l. c. exhibitum, eosdem inter genuinos Galeni libros referendos esse censuit. Potuisse enim putat Galenum, conscripto prius commentario in Hippocratem *de nat. hum.*, serius nactum esse Thaletis de elementis librum, e quo in commentarium primum in Hippocratem *de humor.* locum illum de omnium rerum ex aqua translulerit origine. Utroque autem Galeni loco accuratius considerato, patebit, alterum alteri minime contradicere. Etenim Galenus *to. XV. p. 69.* nihil aliud dicit, quam hoc: operae pretium non esse, eorum quaerere nomina, qui primi ejusmodi sententias absurdas protulerint: nam omnes quidem hoc credere, etiamsi e scriptis Thaletis non constet, eum aquam unicum habuisse elementum. Atque hoc verissime dixit. Nam in eo loco, quem in comm. in Hippocr. de humoribus p. 37. ex Thalete affert, non negatur, plura esse στοιχεῖα, sed aqua dicitur πρῶτον καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον, quoniam reliquis omnibus admixtum est, quia per aquam ex reliquis elementis fiunt omnia τὰ ἔγκοσμα. Thaletis sententiam recte intellexisse Galenum e sequentibus apparet.

Codex mslus, cujus apographum exhibeo, signatus no. CLXIII., olim CXXIV., bombycinus est, foliaque habet 144. formae maximae, scriptus Patavii anno 1569. ἐκ τοῦ κατορθώματος τοῦ ἐνδόξου ἀνδρὸς Θεοδορικοῦ τοῦ Φλογεντίου ab Andr. Tarmario, Epidaurio, qui et teste MONTEFALCONIO in *Palaeograph.* p. 94., Darmarium sese interdum vocat. Hunc codicem mslum contulit Generosissimus DE MERCY cum duobus exemplis, altero in bibliotheca facultatis medicae Parisiensis asservato, tantum co-

dicis bibliothecae regiae apographo, altero bibliothecae Coislinianae No. 163. et utriusque varias lectiones diligenter notavit, illas siglis M. R. sive Ms. R., has M. Sg. sive Sg. suoque exemplo una cum locis et Hippocratis, ad quos Galenus in commentariis hisce respexit et Galeni ipsius, qui suos libros quavis occasione commemorat. Quae quidem omnia in exemplum, quod typis exscribi debebat, CAROLUS GUIL. FICKELIUS, medicae artis discendae studiosissimus et suae graecae linguae cognitionis assidua scriptorum antiquorum, imprimis medicorum lectione in dies magis augendae admodum cupidus, transtulit, interposito subinde suo ipsius de variis Galeni locis iudicio. Mirum omnino mihi videtur, Charterium, quod non nisi latinam illorum commentariorum versionem exhibuerit, hac uti excusatione, id graeci textus penuria factum esse. Nam bibliotheca regia, cujus codices multos excussit, quatuor horum commentariorum exempla continet, no. 2156. olim Trichetianum, 2158. 2177. quondam domini de Gaignieres, quod si omnino ad hos commentarios pertinet, de quo aliquem dubitandi locum esse catalogi auctores affirmant, non nisi fragmentum illorum offert, denique no. 2760. olim Tellerianum, cui accedit latina NIC. VIGOREI, medici Melodunensis, interpretatio, unde concludo hunc Tellerianum codicem non nisi brevem Galeni commentarium, de quo in antecedentibus dictum est, continere. Omnes hi codices cum sint chartacei, differunt ab eo, cujus apographum Generos. DE MERCY mecum communicavit, qui bombycinus est. Idem cum alio ejusdem bibliothecae codice locum habere videtur, e quo verba quaedam Celeb. CORAY ad Hippocr. *de aëre, aqua et loc.* to. II. p. 147. attulit, emendavitque. Hic enim codex, no. 5491. signatus, duas assert voces, a CORAYO correctas,

sic, ut emendatione opus non sit. JAC. MENTELEI supra laudatus codex differre quoque a meo apographo mihi videtur. Nam in illo de Thalete loco p. 37. lin. 12. pro *Θαλῆς μὲν* liber Mentel. habet *Θαλῆς μὲν οὖν*, lin. 16. pro *πολυθρόλλητα* Ment. *πολυθρόλλητα*, et pro *ὔδωρ εἶναι* inverso ordine *εἶναι ὔδωρ*, denique lin. 17. omisit Mentel. *τε* post *σύγκρισιν*.

Codex, cujus apographum typis exscribendum curavi, multas easque, inprimis versus finem, offert lacunas. Quapropter optandum est, ut alii codices integriores inveniantur. Exstare in bibliotheca Ambrosiana, quae Mediolani est, codicem commentariorum III. Galeni in Hippocr. de humor. legi quidem, sed nihil certi de eo habeo. De hoc igitur codice et quatuor allatis bibl. reg. Paris. exemplis, an iisdem aut vitiis aliisve laborent videant, qui illos manibus tractare poterunt. — Addita meo exemplo sunt plura, quae a Galeno minime profecta esse possunt. Religiose ea servavi, ne mihi vitio vertatur, quod codicem manuscriptum non ita, uti vere est, exhibuerim; ut autem tanquam spuria primo statim intuitu agnoscantur, uncinis illa includenda, latinamque interpretationem literis obliquis exscribendam curavi. In hisce laciniis, Galeno adfutis, interdum loca occurrunt, sive auctoris ipsius, sive describentium vitio ita corrupta, ut sensus nullus inde elici posset. Quamobrem horum interpretatio ad verbum facta est.

Scribebam Lipsiae nund. vernal. A. R. S. C1810CCCCXXIX.

CONTENTA TOMI XVI.

Galeni comm. I. in Hippocr. de humor.	. . .	pag. 1
— — II. — — — — . . .	—	207
— — III. — — — — . . .	—	346
— — I. in Hipp. praedictionum lib. I.	—	489
— — II. — — — — — — —	—	587
— — III. — — — — — — —	—	607



ΓΑΛΗΝΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΧΥ-
ΜΩΝ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΥΠΟΜΝΗ-
ΜΑΤΩΝ ΤΟ Α.

Ed. Chart. VIII. [508.]

*Διαφωνήσαν πρὸς ἀλλήλους οἱ παλαιοὶ ἐξηγηταὶ περὶ
τούτου τοῦ συγγράμματος. ὁ μὲν γὰρ Ζεῦξις καὶ Ἡρακλεί-
δης ὅλως ἀπὸ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους βιβλίων τὸ περὶ
χυμῶν ἀποβάλλουσιν· ὧν ὁ μὲν Ζεῦξις καὶ μετ' αὐτοῦ Ἡρακλεί-
δης εἰς πάντα τὰ βιβλία Ἱπποκράτους γέγραφε· Γλαυκίας δὲ
καὶ ἄλλοι Ἱπποκράτειον μὲν τοῦτο φαῖν εἶναι, ἀλλὰ μὴν οὐ*

HIPPOCRATIS DE HUMORIBUS
LIBER ET GALENI IN EUM
COMMENTARII TRES. I.

[508] Prooemium. **M**axima fuit inter prisceos Hippocratis interpretes de libro, qui de humoribus inscribitur, dissensio. Zeuxis enim et Heraclides, qui in omnia Hippocratis opera commentarios conscripserunt, ipsum esse a veris Hippocratis libris omnino rejiciendum existimant. Glaucias autem et alii hunc quidem librum ad Hippocra-

Ed. Chart. VIII. [508.]

τοῦ μεγάλου, οὐπὲρ εἰσιν οἱ ἀφορισμοὶ τὰ τε ἄλλα περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν τῷ περὶ δυσπνοίας διήλθομεν. τοῦτο μὲν βούλονται οἱ περὶ Διοσκορίδην καὶ Ἀρτεμίδωρον, τὸν ἐπικληθέντα Καπίωνα, οἱ πολλὰ περὶ τὰς ἀρχαίας γραφὰς ἐκαινοτόμησαν. εὐρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλους τινὰς, ὧν οὐ ῥάδιον γινῶναι τὴν δόξαν. οὗτοι μὲν γὰρ τὰ μὲν εἶναι, τὰ δὲ οὐκ εἶναι Ἱπποκράτους ἐνταῦθά φασι. πολλὰ γὰρ ἐστὶν εὐρεῖν εἰς βραχυλογίαν ἐσχάτην ἐσφιγμένα, τινὰ δὲ πλεῖον ἢ ἔθος τοῦ παλαιοῦ ἐκτεταμένα. διὸ ὅσα αὐτῶν τάξιν ἔχειν καὶ τῇ ἐρμηνείᾳ τοῦ αὐτοῦ παλαιοῦ κλεγεμένα θεωροῦσι, ταῦτα μὲν οὕτως ἐξηγοῦνται, ὡς ἀληθῆ καὶ γνήσια· ὅσα δὲ ἢ συγκεχυμένα ἢ μὴ τάξεως ἐχόμενα ἢ ἄλλως πως προτιθέμενα, ταῦτα εἶναι παρεμβεβλημένα πάντως λέγουσι. τινὲς μὲν γὰρ καὶ πάνυ παλαιῶν βιβλίων ἀνευρεῖν ἐσπούδασαν, πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα. ἅπερ ἐγὼ παρὰ τοῖς πρώτοις ἐξηγησαμένοις κατανοῆσαι προῦθέμην, ὅπως ἐκ τῶν

tem auctorem referunt, non ad magnum tamen illum, cujus sunt aphorismi et caetera, de quibus nos in libris de difficultate respirationis differuimus: quam etiam sententiam Dioscorides et Artemidorus, cognomento Capito qui dicebatur, a quibus multa in veterum scriptis innovata sunt, habuerunt: alios vero etiam comperias, quorum non facile sit pernosse sententiam. Ii enim quaedam esse Hippocratis, quaedam non esse hoc in libro concedunt, propterea quod multa ad summam redacta brevitatem, quaedam longiore explicata oratione quam esset in senis nostri more positum invenirent. Quamobrem quae ordine et ea dicendi ratione, qua uti ipse solet, proposita esse perspiciunt, ea illi ita explanant, ut vera atque propria: quae confusa et sine ordine aut alio modo quodam dicta intuentur, ea interjecta esse prorsus contendunt. Quidam etiam perveteres invenire libros vel trecentos jam abhinc annos descriptos magno studio sunt conati, ut quae depravata esse videbantur emendarent. Quae omnia apud eos, qui primi in hunc librum explanationes ediderunt, esse animadvertenda existimavi, ut plurimorum et proba-

Ed. Chart. VIII. [508. 509.]

πλείστων καὶ ἀξιοπιστοιότατων εὐροίμεν τὰς γνήσιας γραφὰς. καὶ μοι τὸ πρῶγμα κρεῖττον τῆς ἐμῆς εὐρέθη ἐλπίδος. διὰ τοῦτο συνεπῆλθέ μοι θαυμάζειν τὴν τόλμαν τῶν ὑπομνηματογράφων, οἱ ὀφείλοντες διδάσκειν τὰ χρησιμώτατα τοῖς ἀρχομένοις μανθάνειν τὴν ἰατρικὴν τέχνην τᾶλλα πάντα μᾶλλον ποιῶσι καὶ πολλὰ φλυαροῦσιν. ἀλλὰ ἐπεὶ τινες λέγουσι τοῦτὶ τὸ σύγγραμμα εἶναι ἢ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἴπποκράτους ἢ τοῦ Πολύβου τοῦ γαμβροῦ, ὧν αἱ γραφαὶ τῆς Ἴπποκράτους τέχνης εἰσὶ καὶ οὐ πόρρω αὐτῶν οὐδ' ὅσα δοκεῖ μὲν Εὐρυφῶντος εἶναι, φέρεται δὲ ἐν τοῖς Ἴπποκράτους, εἴαν μοι σχολὴ γενήσεται ποτε πλείων, συγγράψω ὑπόμνημα ἐξηγούμενον ὅσα γνήσια καὶ ὅσα νόθα τῶν βιβλίων. ὡς καὶ περὶ τῶν βιβλίων τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῷ περὶ δυσπνοιᾶς ἐποίησα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον καὶ τὸ δεῦτερον καὶ τρίτον οὐ μόνου ὑφ' Ἴπποκράτους συγχεῖσθαι δοκεῖ τοῖς ἄριστα περὶ τούτων ἐγνωκόσιν, ἀλλὰ καὶ τῆ τῶν πραγμάτων θεωρίᾳ καὶ οἰκειότητι συνῆφθαι πρὸς ἄλ-

tissimorum librorum ope adjuti veras lectiones inveniamus, ac res melius quam speraram mihi successit. Quocirca subit mihi audaciam eorum, qui commentarios conscribunt, admirari, qui quum debeant utilissima quaeque docere eos, qui nuper ad medicinam perdiscendam animum adjungunt, alia potius faciunt omnia atque in nugis multum operae temporisque consumunt. Sed quoniam sunt qui velint hunc librum a Thessalo Hippocratis filio aut a Polybo ejus genero confectum esse, quorum uterque suis in scriptis artem et sen- [509] tentiam Hippocratis sequutus est, neque remota ab his censentur, quae ab Euryphonte sunt litterarum consignata monumentis, si unquam majus otium nanciscar, commentarium profecto conficiam, in quo qui veri quique spurii libri Hippocratis sint exponam, quemadmodum de libris qui sunt de morbis vulgaribus in commentariis de difficultate respirationis fecimus, quum explicarem, primum librum, secundum et tertium non solum ab Hippocrate confectos existimari ab iis, qui sunt in hisce rebus praestantissimi, sed etiam rerum tractatione et proprietate inter se connexos

Ed. Chart. VIII. [509.]

ληλα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχειν δέδεικται καὶ τὰ κατὰ τὸ τέταρτον καὶ τὸ ἕκτον. ὁμολόγηται γὰρ οἷν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἴπποκράτους υἱόν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διαθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὐρόντα ὑπομνήματα προσθέντα δὲ καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα. τὸ δὲ πέμπτον καὶ ἔβδομον οὐκ ἂν τίς μοι δοκεῖ τῆς Ἴπποκράτους γνώμης οἰκίως ἀξιῶσαι, κατ' ἐμὴν δὲ γνώμην, οὐδὲ τὸ τέταρτον. ταύτων δὲ οὕτως ἐχόντων ἀρκτέον ἤδη τῆς ἐξηγήσεως.

α'.

Τὸ χροῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτις ἔστι τῶν χυμῶν ὥσπερ ἀνθέων.

Τὰ μὲν πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων οὕτως ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως, ἕνα δὲ ἀντὶ τούτων ἰάδε· τὸ χροῶμα τῶν χυμῶν, ὅπου οὐκ ἔστι ταραχὴ αὐτῶν, ὥσπερ τῶν ἀνθῶν

judicari, eandem quoque rationem esse eorum, quae in quarto sextoque habentur, demonstratum est, quos sane libros a Thessalo, Hippocratis filio compositos esse constat inter omnes, qui quum patris commentarios quibusdam in membranis aut tabulis exaratos comperisset, non pauca ipse de suis adjunxit. Quintum autem et septimum nemo, opinor, est qui dignos vera ac propria Hippocratis mente atque sententia judicaturus videatur, atque, ut ego quidem censeo, ne quartum quidem. Sed haec missa faciamus et jam ad libri nobis propositi explanationem aggrediamur.

I.

Color humorum, ubi non reflui sunt humores, similis efflorescit.

In plurimis veteribus libris ita ut nos attulimus hujus orationis initium scriptum invenimus, in quibusdam vero loco eorum, quae hic vides, haec scripta sunt: *Color humorum, ubi nulla est ipsorum perturbatio, ut in*

Ed. Chart. VIII. [509.]

ἐν διαδοχῇ τῶν ἡλικιῶν ὑπαλλάττεται. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐκ εἶναι τοῦτο τῆς Ἱπποκράτους ἐρμηνεύας, ἀλλὰ σκευόμενον μετὰ διασκευῆς, ἵνα τοῦτο βιβλιαρίδιον, ὅπερ καὶ αὐτὸ μικρὸν ἐστὶ, μείζον φαίνεται. ἐν γὰρ τῇ κατὰ τοὺς Περγάμου τε καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλείας χρόνῳ, πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως τῶν βιβλίων, ἢ περὶ τὰς ἐπιγραφὰς καὶ διασκευὰς αὐτῶν ἤρξαιτο γίνεσθαι ῥηθιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀναγέρουσιν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγραμματα ὥσπερ ἐν τῇ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων καὶ ἄλλων πολλῶν πεποιῆσθαι σημαίνουσα. εὐκαταφρόνητον γὰρ τοῦτο εἶναι τις δόξας διὰ τὴν σμικρότητα εἰσήνεγκε πολλὰ, ὡς μέγα γίνεσθαι. Διοσκορίδης δὲ εἰκάξει εἶναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν Ἱπποκράτους τοῦ Θεσσαλοῦ υἱός. δύο γὰρ υἱοὶ οὗτοι γέγονασι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, Θεσσαλὸς καὶ Δράκων, ὧν ἕκαστεροι πάλιν Ἱπποκράταις ἐγέννησαν. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν εἰρημένα. προσήκει δὲ πού καὶ ἡμῖν ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν, ἕκαστην τῶν λέξεων

floribus, in aetatum successione commutatur. Sed hoc mihi non videtur esse Hippocraticae dicendi rationis proprium, imo vero potius affixum ab alio, ut hic libellus, qui per se ipse parvus est, major videretur. Quo enim tempore Pergameni Alexandrinique reges inter se de libris sibi comparandis certatim contendebant, eo ipso tempore ab iis, qui pecuniarum causa ad reges clarorum hominum scripta afferbant, et inscriptiones et confectiones librorum depravari coeperunt, quemadmodum in libro de natura humana et de ratione victus in morbis acutis et aliis plerisque usu venisse demonstravimus. Nam quum hunc librum ob parvitatem despici facile posse quispiam existimaret, multa plerisque in locis, ut magnus redderetur, interjecit. Dioscorides autem existimat hanc dictionem esse Hippocratis Thessali filii, si quidem magnus Hippocrates duos habuit filios, Thessalum et Draconem, quorum uterque filium nomine Hippocratem suscepit. Atque haec quidem de ipsa dictione. Nunc vero par est

Ed. Chart. VIII. [509.]

ἰδία προσησησμένους. τὸ χροῖμα, φασί, τῶν χυμῶν τὰ τῶν κρᾶσεων γινώσιματα ἐκ τοῦ χροῖματος γίνονται. τὸ αὐτὸ τὴν ποσότητα τῆς βλάβης σημαίνει, ὥσπερ εἰ τὸ ἔλκος ξηρὸν ἢ πάντως τῇ ἀρρώστια τῆς τραχύσεως τὸ σῶμα δυνάμειος, χροῖα οὐδεμία διὰ παντὸς αὐτῷ γενήσεται. ἀλλὰ παρὰ τε τοῦ διαφερόντως ἔχειν τὰ σώματα πρὸς ἄλληλα τοῖς χυμοῖς καὶ παρὰ τὸ ποσὸν τῆς βλάβης ὑπαλλαχθήσεται. καὶ τότε τῶν χλωιδῶν ἐπικρατούντων οἶχρον ἔσται τὸ χροῖμα. τῶν δὲ μελαγχολικῶν ἦτοι πελιδνὸν ἢ κατὰ τὸ ἔτερον τῶν σηματομενῶν χλωιδόν. τὸ γὰρ χλωιδόν σημαίνει ἐνίοτε ταυτὸν τῷ οἶχρῳ, ἐνίοτε δὲ τὸ ὅσον ἰῶδες τῇ χροῖα. καὶ ἡ μὲν μείζων βλάβη πελιδνὸν ἐργάζεται, ὅπερ ἔσται πλησίον τοῦ μέλανος, ἡ ἐλάττω δὲ ἐρυθρὸν καὶ χλωιδόν. τοῦτο δὲ γίνεταί μὲν ἐν ἐκάστῳ τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐναργῶς, ἐναργέστερον δὲ ὁρᾶται κατὰ τὸ πρόσωπον. ἡ δὲ τῆς χροῖας μεταβολὴ μοχθηροτάτη μὲν ἔστιν ἢ ἐπὶ τὸ μέλαν, ὡς ἂν ἀποψυχομένου τοῦ αἵματος, ὥσπερ ὅταν ἐκτὸς ἐκχυθῆν

ut singula verba seorsum expendamus. *Color*, inquit, *humorum*. Notas ex quibus temperamentum noscimus sup-peditat color, idem noxae magnitudinem indicat, ut si ulcus omnino siccum sit propter ejus facultatis, qua corpus alitur, imbecillitatem, non unus in eo color erit perpetuo, sed pro humorum, qui in corpore sunt, varietate magnitudineque noxae variabitur, ut exempli causa, si amaræ bilis humor in corpore redundarit, color pallidus apparebit, si humor sit melancholicus, tum aut lividus aut in alterutra viridis significatione, quum viride modo idem quod pallidum, modo idem quod aeruginosum significet, ut interdum major noxa lividum colorem, qui prope ad nigrum accedit, minor rubrum et viridem efficiat, hoc cum in singulis corporis partibus clare, tum vero in facie evidentius perspicitur; siquidem pessima coloris commutatio habetur, quæ ad nigrum tendit, utpote refrigerato jam sanguine, ut facere solet, quum foras effusus in grumos coit, moderatior vero, quum ad viride vergit, id quod dinturnis in morbis sæpe cernitur, sed tamen in

Ed. Chart. VIII. [509.]

θρομβωθῆ, μετριωτέρα δὲ ἐπὶ τὸ χλωρόν. καὶ τοῦτο ἐν μὲν κεχροτισμένοις νοσήμασι πολλάκις ὁρᾶται, ὀλιγάκις δὲ ἐν ἀρχῇ. διὸ τότε καὶ κινδυνωδέστατόν ἐστιν, ὡς φησιν Ἰπποκράτης. ὅταν γὰρ τὸ χρωμα ξύμπατος προσώπου ἠλλοιωμένον ᾖ, τότε κακὸν νόμιξε καὶ ὀλέθριον εἶναι. συνπάσχει μέντοι καὶ ἄλλα σημεῖα, ὡς φέγγειν τὴν ἀγῆν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὃ δι' ἀσθένειαν γίνεται τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ τὸ δάκρυον δι' ἀρρώσειαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. οὕτω δὲ καὶ διαστρέφεσθαι, ὅπερ γίνεταί σπομένων τῶν κινούντων αὐτοὺς μυῶν, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων καμνύσεως. καὶ μὴν τὸ γενέσθαι τινα τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ κατὰ φύσιν ἐλάττω ὀλέθριον ἅμα εἶναι δοκεῖ. νεκροῦσθαι γὰρ δηλοῖ τὴν διοικοῦσαν αὐτὸν δύναμιν καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐρυθρὰ φαίνεσθαι, ὡς ὅταν πελιὰ ἢ μέλανα φλεβία ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι. φαίνεται μὲν γὰρ ἐρυθρὰ τὰ φλεβία διὰ πλῆθος ἢ τινα φλεγμονὴν τῶν κατὰ τῶν ἐγκέφαλον, μελαίνεται δὲ καὶ πελιδοῦται ψυχόμενα, ψύχεται δὲ νεκρούμενα, καὶ διὰ τοῦτο ὀλέθρια τὰ τοιαῦτα χρώματα

principiis perraro, quocirca eo tempore maximum periculum impendere significat, ut scriptum reliquit Hippocrates. Etenim quum totius corporis color immutatus sit, tum et malum et perniciosum putandum est, ad hoc tamen alia quoque signa accedunt, ut quum oculi lucem refugiunt, in cuius rei causa est imbecillitas ejus facultatis, quae ad aspectum pertinet, ut quum propter infirmitatem retentricis facultatis lacrymas emittunt, ut quum disflorquentur, quod laborante nervorum origine muscoli oculos moventes convellantur, ut quum alter oculus minor quam suapte natura esset reddatur, quod facultatem ipsum gubernantem inde esse extinctam intelligamus. Jam vero in malis etiam habendum est, quum alba oculorum esse rubra videntur, sicut quum venulae in eis aut lividae aut nigrae sunt, nam ut rubrae propter plenitudinem aut inflammationem quandam partium ad cerebrum pertinentium videntur, sic nigrescunt et livent, dum refrigerantur, refrigerantur vero dum extinguuntur: quocirca sit

Ed. Chart, VIII. [509.]

διὰ παντός ἐστίν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ προσώπου εὐχροια καὶ τὸ λίαν σκυθρωπὸν πονηρὸν εἶσθαι εἶναι. ἐπειδὴ πολλάκις νομίζουσιν οἱ ἰατροὶ τὴν εὐχροϊαν τοῦ προσώπου ἦτοι γε τῆς αἱμορραγίας κρισίμου τῆς ἐκ τῶν ὀνύων ἢ παρωτίδων εἶναι δηλωτικὴν, καὶ δὴ ἔξαπαταῖσθαι αὐτοὺς συμβαίνει, μάλιστα δὲ ὅταν ἅμα σκυθρωπόιητι πολλῇ γένηται. εὐχροεῖν γὰρ ἐν νοσήμασιν ὁμοίως τοῖς ὑγιαίνουσιν ἄριστα οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλ' ὑπὸ θερμασίας πολλῆς ἐξέρυθροι γεγονότες ὅμοιοι τοῖς εὐχροοῦσι φαίνονται. ἐξέρυθρον δὲ εἰς μελαγχολίαν ἐστὶν ἐπιτήθειον, ἧς σημεῖον ἐπίδηλον ἢ σκυθρωπότης ἐστίν· ὅταν δὲ καὶ λίαν αὐτῇ παρῇ, πολὺ δῆπου μᾶλλον. ὥστε ὅταν εὐανθὲς μὲν φαίνεται τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἢ λίαν σκυθρωπός, ἐμφαίνεται σαφῶς τις εἶναι κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἰκανῶς θερμὴ διάθεσις ἐκκαίουσα τὸ αἷμα καὶ διὰ τοῦτο γεννώσα τὴν μελαιναν χολήν. γίνεται δὲ καὶ ἐνίοτε θερμοτάτη αἴσθησις ἀήθης ἐν τῇ ἔξει τοῦ σώματος τῶν θερμῶν ἐπικρατούντων χυμῶν, ψυχροτάτη δὲ τῶν ψυ-

ut hujusmodi colores perpetuo perniciosi censeantur. Verum enimvero bonus faciei color si multum moeslitiæ adjunctum habeat, in malis esse confuevit, putant enim per saepe medici faciei bonum colorem significare aut sanguinis e naribus eruptionem criticam aut abscessus secundum aures futuros, et tamen falluntur, praesertim vero si habeat multam moeslitiæ conjunctam. Neque enim usu venit ut aegroti ita bono colore sint sicut ii qui optime valent, sed magna vi caloris valde rubri effecti, hoc consequuntur ut similes iis, in quibus bonus est color esse videantur; nam quod valde rubrum est, idem est ad melancholiam pronum, cujus apertum signum est moeslitiæ, quæ si multa sit, id ipsum multo magis confirmat. Quamobrem quum facies florida videatur, aegrotus vero mirum in modum moeslus sit, tum calidam admodum affectionem, quæ sanguinem exurat ideoque atram bilem gignat, in cerebro esse plane constat. Interdum vero etiam calidissimus sensus nobis insuetus in habitu corporis exoritur, quum humores calidi caeteris excellent, ut etiam frigi-

Ed. Chart. VIII. [509. 510.]

χυμῶν, καὶ λευκότεροι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ φλέγματος, ὠχρότεροι δὲ ἐπὶ τῆς χολῆς γαίνονται πλεονεξίας· εἰ δὲ καὶ ἀκρατεστερα ποτ' εἴη, ξανθότεροι. τὸ γὰρ χυμῶν τῶν χυμῶν ἔστιν, ἢ τῶν στερεῶν τοῦ ζώου μορίον. ὅταν δὲ οἱ χυμοὶ εἰς βάθος μὴ ὑποχωρήσωσιν, ὑπερ. συμβαίνει αὐτοὺς ἢ διὰ κρούσας ἢ ὄϊγος ἢ τι πάθος ψυχικόν, ὅσον φόβον ἢ λύπην ἰσχυράν ἢ ἀρχομένην αἰδοῦ. τούτων δὲ παρόντος μηδεὶνός οὐκ ἂν ποιε βαδίσαιεν εἰς τὸ βάθος οἱ χυμοὶ, ὥστε οὐδὲ ἐπικαύσαιεν ἂν ποτε τὸ δέριμα, βιαίότερον ὀρμήσαντες ἐπ' αὐτό, χωρὶς πάθους τῆς ψυχῆς καὶ θάλπος ἄμετρον ἔξωθεν περιστῆναι τὸ ζῶον. διὸ καλῶς εἶπεν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστὶ τῶν χυμῶν. ὀργισθέντων μὲν γὰρ ποτ' ἰσχυρῶς ἢ θυμοιθέντων, ἢ τὴν ἐκ τῆς αἰδοῦς ὅσον ἄμπωτιν τὴν τῶν χυμῶν ἀναφερομένην, μὴ πρόσεχε τὸν νοῦν τῇ χροῦα. εἰ δὲ μὴ βιαζόμενον εἴη τὸ περιεστώμενον ἔξωθεν ἢ ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἢ τι πάθος ὧν ἀγρίως εἴρηται γεγεννημένον, ἀληθῆς ἐστίν

diffimus, quum frigidi dominantur, atque ubi pituita redundat in corpore, candidiores, ubi bilis, pallidiores homines videntur, sique purior bilis sit, flaviores. Color enim ab humoribus, non a solidis animantis partibus provenit, quum humores se in intimas corporis partes receperunt, id quod eis contingit aut propter frigus aut rigorem aut aliquam animi perturbationem, quo in numero sunt timor, magna tristitia aut pudoris initium; si horum nihil adsit, humores in intimas corporis partes se nunquam recipient, sicut neque unquam facto in cutim impetu violentius eam adurent, nisi animum occupet aliqua perturbatio [510] aut calor immodicus extrinsecus animal obfideat. Proinde recte dictum ab Hippocrate est: *Ubi est humorum reciprocatio*. Etenim in iis, qui vehementer commoti sunt aut ira perciti aut pudore affecti, veluti reciprocantibus humoribus, seque intro trahentibus, animum ad colorem adhibere non oportet. Quod si nulla vis frigoris aut caloris aut nulla perturbatio earum, quas nunc dixi, ambientem nos aërem infestum habeat, certe

Ed. Chart. VIII. [510.]

ἢ ἐκ τῆς χροῦα^ς τοῦ δέρματος διάγνωσις τῶν χυμῶν. ἐνίοτε μὲν γὰρ οἶεται τις τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν μὴ τυχόντων τὸ αἷμα ἐν τῷ σώματι πλεονάζειν, συναλῆς τῇ τοῦ χροῦματος μεταβολῇ, οὐ μὴν πλεονάζει γε, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμοσίας τοῦτο γίνεται, ἢ ἐκ θυμοῦ ἢ καὶ πυρετοῦ. ἔστιν ὅτε καὶ μειούμενον αὐτὸ εἶναι νομίζει, οὐκ ἔστι δὲ, ὅπερ εἶωθε συμβαίνειν, ὅτε πρὸς τῆς ψυχρότητος οἰθιόμενον εἰς τὰ ἔνδον ἀπονεχόρηκεν. τοῦτο δὲ ἐνεσί σοι εἰδέναι πολλάκις ἐπὶ τῆς θαλάττης, ἢ ἐν κλύδωνι μείζων, ἐν γαλήνῃ δὲ οὐσα πολὺ μείων εἶναι φαίνεται. ὅταν οὖν τὸ σῶμα λευκότερον ἑαυτοῦ γεγονὸς ἄνευ τοῦ πάθους τινὸς, τότε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸν φλεγματικὸν ἐπικρατεῖν ἐνδείκνυται χυμὸν, τὸ δὲ ὠχρότερον ἢ ξανθότερον τὸν χολώδη. οὗτοι καὶ ἢ ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον ἐκτροπῇ τοῦ κατὰ φύσιν αἷμα πλεονάζειν. ἢ δὲ ἐπὶ τὸ μελάντερον τὴν μέλαιναν χολὴν δηλοῖ. εὐρήσεις δὲ καὶ ὧν ἢ χροῖα οἷον μόλιβδόν ἐστι καὶ αὐθις οἷον τις μίξις ἔοικεν ἐκ λευκοῦ καὶ πελιδνοῦ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα

humores ex colore cutis vere dignoscuntur. Fit enim interdum ut medici, atque hi quidem non vulgares, redundare sanguinem in corpore arbitrentur, falsi nimirum coloris mutatione, et tamen non redundat, sed illa coloris commutatio aut ab aëris nos ambientis calore aut ab iracundia aut etiam a febre profecta est. Quandoque etiam esse imminutum sanguinem putant, nec tamen id verum est: id quod usu venit, quum is a frigore compulsus in partes intimas se recipit; potes autem id ipsum in mari persaepe contemplari, quod quum agitur, majus, quum tranquillum est, minus multo videtur. Quum igitur corpus se ipso albidius sit factum, neque ulla addit perturbatio, tunc pituitosum humorem abundare plerumque indicat, quum vero sit pallidius aut magis flavum, biliosum. Sic etiam si ad rubicundius vergat quam naturae status ferat, redundare sanguinem, si ad nigrius, atram bilem fere significat, sunt etiam quorum color plumbum imitetur, alii quorum ceu mixtio ex albo et livido quaedam,

Ed. Chart. VIII. [510.]

χρώματα τὸν οἶμον ἐπικρατεῖν χυμὸν σημαίνουσι, τὸν ἐν εἶδει μὲν ὑπάρχοντα γλέγματος, ἤτιον δὲ ὑγρὸν ὄντι τοῦ συνήθους ὀνομαζομένου γλέγματος. τὸν τοιοῦτον χυμὸν, ὃν Πραξαγόρας ὑαλώδη καλεῖν. τὸ δὲ αἷμα ἐν μεθορίῳ τῶν χολωδῶν χυμῶν καὶ τούτων ἐστίν. ὧν τινὲς εἰσι πρὶν ἀκριβῶς τὴν τροφήν αἱματοειῆναι ὅσον ἡμίπεπτοί τινες, οἱ δ' ἄπεπτοι πάντως, οἱ δ' ὀλίγον ἀποδέοντες αἵματος ἰδέας. ἕτεροι δὲ ἔσχατοι τῆς αἱματοσίαιας, ἀμετρία θερμοτήτος ἐπόμενοι, καὶ τούτων αὐτῶν οἱ μὲν ὀλίγον ἀποκχωρηκότες αἵματος, οἱ δὲ πλεόν, οἱ δὲ πλείστον. καὶ τότε, εἰ δεῖ κενῶσαι, ἔνεστί σοι χρῆσθαι γλεβοτομίᾳ μετὰ τούτων διορισμῶν ἐπὶ τῶν ὀλίγον ἀπεχόντων ἐφ' ἑκατέρῳ θαρρόουσι χρῆσθαι γλεβοτομίᾳ, ἐπὶ δὲ πλεόν εὐλαβέστερον, ἐπὶ δὲ τῶν πλείστον οὐδ' ὄλοις. ἐν ᾧ καὶ χροῖας τοῦ αἵματος μεταβολὴν ἔνεστι τεκμήρασθαι πολλάκις, καὶ ποτὲ μὲν τοῦ χροῖος αἵματος, ποτὲ δὲ καὶ τοῦ κάμνοντος αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ἡ λειποθυμία ἐπὶ πολλῶν παθῶν ὄρος ἐστὶ κενώσεως

atque hujusmodi quidem colores crudum abundare humorem declarant, qui in genere ille quidem pituitae continetur, minus tamen quam quae consueto vocabulo pituita appellatur humidus est, huncque humorem Praxagoras vitreum nominat; at sanguis in medio horum et biliosorum est, eorum autem aliqui, prius quam alimentum sit accurate in sanguinem conversum vel ut semicocti sunt, alii omnino incocti, alii a forma sanguinis parum absunt, alii rursus velut postremi ad gignendum sanguinem excessum caloris consequuntur, quorum alii parum absunt a sanguine, alii plus, alii plurimum, quo sane tempore si vacuatione opus sit, tunc secare venam poteris, hac adhibita distinctione, ubi parum in utramque partem recesserint, audacter mitti sanguis poterit, ubi plus, cautius agendum, ubi plurimum, plane abstinendum; qua in re saepe coloris sanguinis mutationem intueri oportet, ac modo profluentis sanguinis, modo vero etiam aegrotantis hominis. Sed et animi defectio solet esse in multis affecti-

Ed. Chart. VIII. [510.]

καὶ ὁ τόνος τῆς ῥύσεως τοῦ αἵματος ὁ κλάζων καὶ οἱ σφυγμοὶ τρεψόμενοι καὶ ἄλλα πολλὰ, περὶ ὧν ἀκριβέστερον δεικνύται ἐν τοῖς περὶ φλεβοτομίας. νῦν δὲ ἰστέον, εἰ ἕκαστον μῦθον ἐξ ὁμοιοτάτου κατὰ τὴν οὐσίαν ἐαυτῷ τρέφεται χυλοῦ καὶ τοῦτον ἐαυτῷ παρασκευάζειν πέφυκε καὶ τοῦ χρώματος αὐτοῦ μεταλαμβάνειν, ἀλλοιοῦν καὶ μεταβάλλειν ἢ τοῦ αἵματος γένεσις ἔργον τῆς ἥπατος σαρκός. μετέχει μὲν οὖν καὶ ἡ καρδία τοῦ τοιοῦτου χρώματος, ἀλλ' οὐκ εἰς ὅσον ἥπαρ, ὑγρότερον γὰρ ἔστι τὸ σπλάγγνον τοῦτο τῆς καρδίας καὶ διὰ τοῦτο ἐρυθρότερόν τε καὶ μαλακώτερον. ἡ δὲ ξηροτέρα καὶ θερμοτέρα τοῦ ἥπατος ὑπάρχει. οὐδὲ τὸ ἴδιον αὐτῆς αἷμα τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον περὶ τὸ τοῦ ἥπατος. ἀλλ' ὅσοι θερμοτέρον τὸ σπλάγγνον, τοσοῦτον ξανθότερον, ὅπερ ἴδιον αἵματος ξηροτέρου, καθάπερ τοῦ ὑγροτέρου τὸ ἐρυθρόν. καὶ αἷματος μὲν ὑγροῦ τὴν κρᾶσιν, ἐρυθροῦ δὲ τὴν χροάν ἢ πρώτη μὲν ἐν ἥπατι γένεσις, ὅχειοι δὲ παράγοντες τε καὶ διανέμοντες αὐτὸ τῷ σώματι παντὶ φλέβες. αἷματος δὲ ξανθοῦ καὶ λεπιοῦ καὶ πνευματώδους ἡ μὲν πρώ-

bus evacuationis terminus itemque fluentis sanguinis tenor labascens et pulsus commutati atque alia multa, quae nos in libro de venae sectione sumus diligentius persequuti. Nunc autem non est ignorandum, si quaeque pars succo alitur, qui sui simillimam habeat essentiam esseque sibi natura comparatum, enim ut sibi succum, alterando et immutando paret, sanguinem ex carne jecoris esse ortum habiturum; cor etiam hoc eodem est praeditum colore, sed non adeo, ut jecur, quod humidius corde ideoque rubicundius molliusque extitit, cor vero est jecore siccior atque calidior, neque proprius ipsius sanguis est sanguini jecoris similis, sed quo calidior viscus viscere, eo flavior sanguis videtur, qui color ita est siccioris sanguinis proprius, sicut ruber humidioris; cujus quidem sanguinis temperatura humidi et colore rubri prima generatio in jecore est ejusque ductus, a quibus derivatur et in totum corpus distribuitur, venae sunt. At flavi sanguinis ac tenuis

Ed. Chart. VIII. [510.]

τη γένεσις ἐν τῇ καρδίας ἀριστερᾷ κοιλίᾳ. διανέμουσι δὲ καὶ παράγουσιν εἰς ὅλον τὸ ζῶον αἱ ἀρτηρία, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς ἐνδείκνυται ἐν τῇ καρδίᾳ κατοικίσθαι. διὸ ἐν τοῖς νοσήμασι τεκμαίρεσθαι δεῖ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χροῖᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαιεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρωμα τῶν χυμῶν, φησὶν, ἐοικὸς ἀνθέων, ὁκόσων μὴ ἀμπωτὶς ἐστίν. ἐπὶ τούτων οὖν μάλιστα ὑπονοσησάντων καὶ μὴ κεχυμένων ὁμαλῶς ἐπιβλέπειν δεῖ ὄφρην καὶ χόρᾳν καὶ ἡλικίαν καὶ νόσους καὶ τὸν λυποῦντα κενοῦν χυμὸν, καὶ μὴ ἄλλον τιὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς φλέγματος πλεονάζοντος τοῦτο κενώσει. χολῆς δὲ ξανθῆς εἴτε μελαινης ἐνοχλοῦσης ἀφαιτέον μὲν τοῦ φλέγματος, τὴν λυποῦσαν δὲ χολὴν κενώτεον. οὕτω γὰρ αἷμα πλεονάζῃ ἢ τοῦ αὐτοῦ ὀρόφου, ἐκείνου ποιητέον τὴν κένωσιν. ἔχει μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἕκαστος τῶν πλεοναζόντων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ἴδια γνωρίσματα, οἷον εἰ τύχῃ καθ' ὅλον μὲν τὸ σῶμα τῆς χροῖας ὀχροτέρᾳ γεγενημένης, ὡς ἐν ἰκτέροις, οὐχ ὑποχω-

et spirituosī prima generatio in sinistro cordis ventriculo conficit huncque sanguinem in totum corpus arteriae comportant atque dispensant, quae etiam res facit ut iracundiae sedem in corde sitam esse, nobis persuadere debemus. Itaque in morbis facere conjecturam ex colore oportet, ut humorem in corpore redundantem cognoscamus, nisi humores in imas corporis partes se receperint: *Color enim, inquit, similis humoribus efflorescit, quum nulla est recipratio.* Itaque in iis, qui intro maxime recesserunt, nec sunt per totum corpus aequabiliter diffusi, spectanda sunt haec, anni tempus, regio, aetas et morbus et humor noxius, neque alius ante illum evacuandus est, ut si exempli causa pituita redundet, eam evacuabis, si bilis flava aut atra infestum hominem habeat, pituitam non attinges, sed bilem infestam educes. Simili quoque modo quum sanguis redundarit aut ejus serum, ejus erit facienda evacuatio. Unus enim quisque humor in corpore redundans propriis notis distinguitur, ut si in toto corpore flavus sit factus color, ut in morbo arquato

Ed. Chart. VIII. [510.]

ροΐσης δὲ διὰ ἔδρας τῆς χολῆς ἢ τινων ἕξανθημάτων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι γεγενημένων χολωδῶν, κατὰ μέρος δὴξίως, ἐν τῇ γαστρὶ, προσοΐσης δὲ καὶ ἄσης καὶ ἀσιτίας καὶ δίψης τοῦ στόματός τε πικρουμένου ἢ κατὰ τι μέρος ἐρυσιπέλατος ἢ τριταίου πυρετοῦ κατέχοντος τὸν ἄνθρωπον ἢ τῶν κωσωδῶν τοῦ πικροχόλου. πλεονάζει γὰρ ἐν ἅπασι ταύτοις ἡ ξανθὴ χολή, καὶ διὰ τοῦτο κειωτέον αὐτὴν ἐκείνοις τοῖς φαρμάκοις ὅσα δι' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν ὀνομάζουσι χολαγωγὰ. προσίχειν δὲ χρὴ τὸν νοῦν οὐ μόνον τοῖς ἐπιτυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς, διότι εἴωθε τὰ καταγνωρίσματα μὴ καλῶς ἐσκεμμένα φέρειν ἀπάτην. διὸ Ἱπποκράτης ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καλῶς συμβουλεύων ἕτερον ἡμῶν γνώρισμα, τὴν εἰφορίαν, ἐδίδαξεν, ἵνα κὰν τούτῳ θαρσύνωμεν ἐν ταῖς νόσοις ὀρθῶς κενώσαντος. καὶ μὴν ἀλλὰ ἐπὶ τῆς μελαίνης χολῆς πλεοναζούσης τὸ χροῖμα τοῦ σώματος βλέπειν χρὴ καὶ γὰρ κατὰ ταύτης ἢ κατ' ὅλον σῶμα χροῖα πρὸς τὸ μελάντερον τρέπεται, ὅσα τε πάθη διὰ τὴν πλεονεξίαν αὐτῆς γίνονται, φανερῶς διδάσκει τὸ πλῆθος τῶν χυ-

accidit, neque bilis per sedem excernatur, aut aliquae pustulae biliosae per totum corpus eruperint et particulatim, si ventriculi morsus aut cibi fallidum aut appetentiae vacuitas adfit sitisque torqueat osque amarescat aut ignis facer aliquam corporis partem obsideat aut homo tertianam febrem aut ardentem ex bili habeat: in quibus sane omnibus flava bilis abundat, erit bilis iis medicamentis, quae ab actione bilem educentia nominantur, evacuanda, quo in loco non modo vulgares, sed praestantissimi etiam medici animum advertere diligenter debent, siquidem hae notae non accurate perpensae in errorem inducere homines solent. Quamobrem in aphorismis Hippocrates nobis recte consulens, aliam notam tribuit, attendendum esse: *quam aegri facile tolerant*, ut hac freti recte fieri evacuationem intelligamus. Atque in atrae quidem bilis exuperantia spectare colorem par est, quando in hac quoque totius corporis color in nigriorem mutatur, imo vero affectus omnes, qui ab ejus excessu oriuntur, humoris

Ed. Chart. VIII. [510.]

μῶν, καθάπερ ἐλέφας καὶ καρκίνος καὶ τεταρταῖος πυρετὸς καὶ σπλὴν μέγας καὶ κροσοὶ μελαινόμενοι καὶ ἡ μελαγχολία καλουμένη καὶ πᾶσα παραφορὰ διανοίας ἢ θρασεῖα καὶ θηριώδης. ἀλλὰ καὶ ἐν γυναιξὶν ἐνδείκνυται τὸν τιλεονάζοντα χυμὸν τὸ χροῶμα τῶν καταμηρίων, ὧν τὰ γνωρίσματα γέγραφαεν Ἱπποκράτης. νῦν δὲ ὅπερ ἐπὶ τῆς ξανθῆς χολῆς εἶρηκα, τοῦτό μοι ἐπὶ τοῦ γλέγματος ἰόει, ὑπὸν τοὺς ὕγκους οἰδηματώδεις, ἐξανθήματά τε καὶ σύμπαν τοῦ σώματος τὸ χροῶμα κατὰ τὴν ιδέαν τοῦ χυμοῦ. καὶ τοὺς ἀμηνμερινοὺς πυρετοὺς καὶ τὴν ἀργίαν καὶ νοθρότητα τῆς διανοίας, εἴτε καταλήψεις ἑπνώδεις καὶ βύρη τῆς κεφαλῆς, ὄξυρρηγμίας τέ τινας, ὅταν ἐν τῇ γαστρὶ πλεονάζῃ τὰ τοιαῦτα. περὶ δὲ τοῦ αἵματος τί χρὴ λέγειν; αὐτὸ γὰρ οὐχ ἐν ἡν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων τε καὶ διαφερόντων συγκείμενον μερῶν. ἔστι μὲν ἐν αὐτῷ τὸ οἶον ἰχώρ αἵματος καὶ οἶον ἰλύς τις καὶ τρίξι. καὶ μέντοι καὶ ἴνας ἀμφορομέναι; τῷ αἵματι σαφῶς ἔστι θεάσασθαι, καὶ τούτων ἐξαιρεθεῖσθαι οὐ πήγνυ-

copiam perspicue indicant, ut elephas, ut cancer, ut quartana febris, ut lien magnus et varices nigrescentes et quae melancholia nominatur et omnis infania immanis, temeraria et fera. Jam vero etiam, qui humores in muliebri corpore abundant, menstruorum indicat color, atque eorum notas Hippocrates litterarum monumentis conspexit. Nunc vero, ut de flava bile dictum est nobis, ita de pituita dici posse existimabis, ut oedematosi tumores postulaeque et totius corporis color humoris formae respondeant, quem etiam sequantur quotidianae febres, mentis pigritia et torpor, propensiones in somnum, capitis gravitates et acidi quidam ructus, si quando talia in ventre redundarint. At de sanguine quorsum attinet dicere? is enim non est unum quid accurate, sed ex contrariis differentibusque conflatur partibus, estque in eo velut liquor sanguinis ac velut limus quidam et faex. Imo vero etiam veluti fibras inesse sanguini clare licet intueri, quibus sublatis sanguis non concrevit. Ac sanguis a fibris se-

Ed. Chart. VIII. [510. 511.]

ται τὸ αἷμα καὶ χωρισθὲν τῶν ἰνῶν καὶ χροιά καὶ σύστασει διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθρὸν ἀκριβῶς φαίνεται, τὸ δὲ ξανθότερον τούτου, τὸ δὲ μελάντερον. ἔστιν ὅτε [αὐτῷ] καὶ σαφῶς ἀπανθεῖ τι λευκὸν αὐτῷ καὶ ποτε πελιδνὸν ἅπαν ἐφάνη. καὶ πολλάκις ἐγγὺς τῷ μέλανι καθάπερ τις πορφύρα κατακορήσ. τούτων μὲν οὖν οὕτως ἐχόντων φανερὸν γίνεται ὅτε πολλάκις ἐν αὐτῷ πλεονεκειῖ τὸ παχὺ καὶ μέλαν ὡς τὴν χροίαν τοῦ παντὸς σώματος μελαντέραν φαίνεσθαι καὶ τὰς οὐλὰς μελαίνεσθαι καὶ κυρσοῦσθαι τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι φλέβας αἷμα τινὶ πελιδνῷ χρώματι. ποτὲ δὲ ξανθὸν, ὡς καὶ τρίχες σημαίνουσι καὶ ἔμετοι καὶ διαχωρήματα καὶ τἄλλα, ἔστιν ὅτε καὶ ἐρυθρὸν ἢ λευκὸν, ὡς καὶ ταῦτα ἕκ τε τῶν τοῦ σώματος ὅλον χρωμάτων καὶ τριχῶν ἐμέτων τε καὶ διαχωρημάτων φαίνεται. ἀλλὰ ἐκεῖνό γε διορίσασθαι προσήκει ὕπερ οἱ καλούμενοι ἱατρολόγοι παρέλειπον, ὥσπερ ἐν φαινομένοις μέρεσι τοῦ σώματος ἐνίοτε μὲν ἅπασιν ἢ αὐτῇ φαίνεται κροῦσις πρὸς τὸ χροῖμα, ὡς ἐν ἰατέροις τε καὶ ἐλε-

cretus et colore et essentia differt, ut quidam accurate ruber, quidam flavior, quidam nigrior videatur, quandoque etiam quidam candor in eo efflorescit, quandoque totus esse lividus conspicitur, ac saepe prope ad nigrorem accedit. Quae quum ita sint, planum est in eo redundare saepenumero crassum nigrumque humorem, propter quem totius corporis color nigrior appareat, cicatricesque nigrescant et venae in ruribus contracto livido colore in varices convertantur. Quandoque vero superat flavus humor, quem et vomitus et dejectiones et alia significant, interdum vero ruber aut albus, ut ex totius corporis colore capillisque et vomitibus et alvi excrementis deprehenditur. Sed quod omiserunt ii, qui verbo tenuis medici vocantur, est a nobis hoc loco distinguendum, quemadmodum, inquam, in corporis partibus, quae sub aspectum cadunt, modo in omnibus eadem apparet temperatura, quod ad colorem pertinet, [511] ut in morbo ar-

Ed. Chart. VIII. [511.]

φαντιάσει καὶ τοῖς ὑδέροις, ἔτι τε καχιξίαις καὶ ἐν ἥπατι-
καῖς καὶ σπληνικαῖς ἀχροαῖς. ἐνίοτε δὲ ἐν τι μύριον ἤτοι
πικρόχολον ἢ γλεγματικὸν ἢ μελαγχολικὸν ὑποδεξάμενον χυ-
μὸν, αὐτὸ μόνον ἐξάλλάττεται τὴν κραιῶσιν. οὕτως ἐγχωρεῖ
καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐνίοτε μὲν ἅπαντος τοῦ κατὰ τὰς γλέ-
βας αἵματος μελαγχολικοῦ γινομένου τῷ κοιῶ λόγῳ τῆς
βλάβης καὶ αὐτὸν βλαβῆναι. συμβαίνει δὲ ὅταν ἀπαθοῦς
μένοντος τοῦ καθόλου τοῦ ἀνθρώπου αἵματος ἀλλοιωθῆναι
τὸ κατὰ μόνον ἐγκέφαλον καὶ τοῦτο διαιτῶς ἢ ζυέντος εἰς
αὐτὸν εἰέρωθεν ἢ γεννηθέντος ἐν τῷ τόπῳ τοῦ μελαγχολι-
κοῦ χυμοῦ. οὗτος δὲ γεννᾶται ὑπὸ πολλῆς θερμασίας ἐγχω-
ρίου κατοπιώσης ἥτοι τὴν ξανθὴν χολήν, ἢ τι παχύτερον
καὶ μελάντερον αἷμα. τούτου διάγνωσις σοι γενέσθω τόνδε
τὸν τρόπον. ἐπισκέπτου πρῶτον τὴν τοῦ σώματος ἔξιν
ὁποία τίς ἐστὶ καὶ μέμνησο ὅτι οἱ μὲν ἀπαλοὶ καὶ λευκοὶ
καὶ πίονες ἤκιστα μελαγχολικὸν ἴσχουσι χυμὸν, οἱ δὲ ἰσχυροὶ
καὶ μελάντεροι καὶ θασιῖς καὶ γλέβας εὐρείας ἔχοντες πρὸς
τὴν τοῦ τοιούτου χυμοῦ γένεσιν ἐπιτηδεύονται ὑπάρχουσιν.

quato et elephantiafi et aqua inter cutem et malo habitu
et iis colorum vitiis, quae a jecinore lieneque orta sunt,
modo unius solum partis, in qua vel biliosus vel pitui-
tosus vel melancholicus humor inhaeserit, temperatura
permutatur, ita etiam in cerebro accidat, ut interdum
omnis, qui venis continetur, sanguis melancholicus fiat et
communi noxa cerebrum quoque offendatur, interdum
vero, ut sanguis, qui in toto hominis corpore sit, illaesus
maneat et ille solus, qui in cerebro est, alteretur, idque
dupliciter, ut vel aliunde in ipsum confluat, vel in ipso
melancholicus humor sit genitus, qui quidem gigni solet,
quum magna interni caloris copia flavam bilem aut cras-
siorem nigrioremque sanguinem affavit, id quod dignosces
hoc modo. In primis corporis habitum, qualis sit, intu-
ebere, ac memento molles, candidos pinguesque melanco-
licum humorem minime continere, graciles, nigriores,
hirsutos, quique latas venas habent, eos esse ad hujus-
modi humorem gignendum aptissimos. Usu etiam inter-

Ed. Chart. VIII. [511.]

ἔσθ' ὅτε καὶ οἱ ἐξέρυθροι τὴν χροάν ἄνθρωποι μεταπίπτου-
σιν ἀθρόως ἐπὶ τὴν μελαγχολικὴν κρῆσιν καὶ οἱ ξανθοὶ καὶ
μάλιστα ὅταν ἐν ἀγρυπνίαις καὶ πόνοις τύχῃσι προδιη-
τημένοι. σκεπτέον δὲ καὶ πότερον ἐπέσχηται τις αἰμορροῖς ἢ
καὶ τις ἄλλη αἵματος συνήθης κένωσις ἢ καταμήνια ταῖς
γυναιξὶ καὶ ὁποίαις ἐχρήσατο τροφαῖς. διώρισται δὲ περὶ
αὐτῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνά-
μεων. εἰ μὲν οὖν ἐν τῇ τοιαύτῃ διαίτῃ πρὸ τοῦ νοσεῖν ὁ
ἄνθρωπος εἴη γεγεννημένος, ἔξεστι καὶ ταύτης στοχάζεσθαι
τί πλέον· εἰ δὲ ἐν εὐχύμοις ἐδέσμασιν, ὅρα περὶ τῶν γυ-
μνασίων αὐτοῦ, λύπης καὶ ἀγρυπνίας καὶ φροντίδος προστί-
θεσθαι δὲ χρὴ τούτοις καὶ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους καὶ γεγενη-
μένην καὶ οὖσαν κατάστασιν καὶ χωρίον καὶ τὴν τοῦ κά-
μνοντος ἡλικίαν, περὶ ὧν μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν. νῦν δὲ αὐ-
τάρκης ὁ λόγος ἐπὶ παραδείγματος ἐξετασθεῖς. ἔστω δὴ τὸν
μὲν ἄνθρωπον ἀπύρετον ὑπάρχειν, ἐν ὄγκῳ δὲ μείζονε τὰς
γλέβας αὐτῷ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα ἐρυθρότερον. σκεπτέον

dum venit, ut praerubro colore homines in melancholicam temperaturam affatim cadant itemque flavi, praesertim vero, si in vigiliis ac laboribus prius vitam duxerint. Illud etiam spectandum est, sintne ullae haemorrhoides suppressae aut ulla alia consueti sanguinis evacuatio aut in mulieribus menstrua retenta purgatio et quibus homo alimentis usus sit, quae res nobis est in primo de facultatibus alimentorum definita atque distincta. Itaque si in hoc vitae genere versatus homo est prius quam in morbum incideret, tibi erit integrum etiam ex hoc majorem quampiam sumere conjecturam; si vero boni succi alimentis usum illum compereris, habeto rationem exercitationum, tristitiae, vigiliarum curarumque, ad haec accedat oportet anni tempus praeteritaque et praesens constitutio itemque regio et aegrotantis aetas, de quibus paulo post verba a nobis fient, nunc autem satis ad rem indicandam erit exemplum, quod subjungam. Ponamus igitur vacare febre hominem venasque majorem in tumorem elatas esse corpusque universum esse rubicun-

Ed. Chart. VIII. [511.]

οὐν εἰ μηδὲν τοῦτω τῶν θεομαινόντων αἰτίων ἐπλησίασιν αὐτῷ. εἰ γάρ τοι γαίνοιτο, βέλτιον ἀναβάλλεσθαι τὴν διάγνωσιν ἄχρι περ ἂν ἡ ἐξ ἐκείνου ἐν ὄλῳ τῷ σώματι κατασιῆ, ἵνα ἐν ἡσυχίᾳ πασῶν τῶν ἔξωθεν ὑπάρχει κινήσεων. εἰ γάρ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ γαίνοιτο τοιοῦτος, αἷμα πλεονάζει τῷ ἀνθρώπῳ. τούτῳ τεῖθεν ἐπισκίπτεσθαι τᾶλλα, καὶ πρῶτον μὲν ὅσα μέγιστην ἔχει δύναμιν, εἰθ' ἐξῆς τὰ λοιπά. εἰσὶ δὲ τὰδε, βάρος, τάσις, ὕκνος πρὸς τὰς κινήσεις. εἴτα τὰ κατὰ τοὺς σφρυγμοὺς ἀγρυπνίας τε καὶ ὕπνου, ὀρεξίαι τε καὶ ἀνορεξίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα. μετὰ δὲ ταῦτα μή τις συνήθης ἔκκρισις ἐπίσχηται, μὴ γυμνάσιον ἡμέληται, μὴ πλείω καὶ πολύτροφα σιτία συνεχῶς προσενήνεκται, μὴ μετὰ τροφὴν ἀήθεσι χρῆται λουτροῖς. ἐπὶ τοῖτοις ἅπασι καὶ τὰ παρὰ τῆς χώρας καὶ ὥρας καὶ τῶν ἀλλῶν, ὡς ἔφη. εἰσὶ δὲ τινές, οἳ νομίζουσι τὸ χρῶμα δηλοῦν μὴ μόνον τὸ ποιὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ποσὸν τῆς οὐσίας. οὐκ ἀληθές δὲ τοῦτο. οὐδενὶ γὰρ αὐξανομένῳ κατὰ τὴν οὐσίαν ἐπιτείνεται τὸ πρό-

dus, spectandum erit, num ulla causa ex iis, quae calefaciendi vim habent, ad corpus accesserit; si ulla adfuisse videatur, praestiterit rejicere in aliud tempus eam dignotionem, donec motus ex illa excitus in toto corpore conquieverit, ut sit in omnium externarum motionum cessatione constitutum, ac si eo tempore homo talia videatur, scito sanguinem redundare, hinc autem alia perpendenda sunt, atque in primis quae maximam vim habent, tum deinceps reliqua, cujusmodi sunt gravitas, tentio et segnities ad motus, deinde quae ad pulsus, vigilias, somnos, appetentias, cibi fastidia ac caetera hujus generis pertinent. Post haec vero, utrum suppressa sit ulla consueta excretio, num omissa exercitatio, num plura et valentis materiae alimenta continenter ingesta sunt, num a cibo infuetis balneis usus sit, ut interim non negligas, quae ad anni tempus, regionem et alia, uti diximus, referuntur. Quidam tamen sunt qui putent colorem non modo qualitatem, sed etiam essentiae quantitatem indicare,

Ed. Chart. VIII. [511.]

σθεν χροῶμα. οὕτω γάρ ἂν ἢ τε χιτῶν ἐγίνετο λευκοτέρα καὶ ἢ πῖττα μελανωτέρα καὶ ὁ χροσὸς ξανθότερος. ἕτερον μὲν οὖν ἔστι προφανῶς αὐξήσις οὐσίας ἀλλοιώσεως. αὐξάνεται μὲν γὰρ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλοιοῦται δὲ κατὰ τὸ ποιόν. ἔστι δὲ τόπου τὸ χροῶμα ποιᾶς οὐσίας, οὐ πόσης γνώρισμα. τοσοῦτον ἄρα καὶ τοιοῦτον ἔστι τὸ τῶν χρωμάτων πλεονέκτημα. περὶ ὧν ἡμεῖς ἰδίᾳ τὴν πραγματείαν πεπονθήκαμεν. καὶ ἐδεικνυμεν ὅτι πολὺ προέχει πρὸς τὴν θεραπείαν καὶ διάγνωσιν τῶν νοσημάτων ἢ τῶν χρωμάτων ἔννοια, μάλιστα δὲ ἐν τῇ προσώπῳ, ἐν ὄμμασιν, ἐν τῇ γλώττῃ καὶ ἐν τοῖς οὖροις. διότι σφάλονται τινες περὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ἠγούντες ἔξ' αὐτῶν χροιάς βέβαιον τεκμήριον κράσεως ὄλου τοῦ σώματος λαμβάνεσθαι, ὅτε ἔξεστι τῶν μόνων ὀφθαλμῶν. καὶ δὴ ἐν τοῖς τοῦ ἥπατος κακοπραγίαις ἢ τῆς γλώττης ἀλλοιοῦται χροῶμα καὶ ἢ παντὸς τοῦ σώματος. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ τὰς πλευρᾶς ὑπεξωκότος ὑμένου, ἐπειδὴν φλεγμαίνῃ, τὸ πτύελον κερχρωσμένον ἔστιν. διόπερ' εἰ μὲν χολωδέστερον ἢ

sed falluntur, quum in nulla re, quae per essentiam au-
geatur, pristinus color mutetur, ita enim et nix candi-
dior et pix nigrior et aurum magis flavum redderetur,
ex quo plane patet, incrementum essentiae aliud esse,
quam alterationem; incrementum enim ad quantitatem,
alteratio ad qualitatem pertinet, color vero qualitatis
essentiae, non quantitatis est indicium; tanta igitur ac-
talis est colorum praerogativa, de quibus est a nobis con-
scripta tractatio ac demonstratum ipsorum notitiam magno
nobis esse et ad curationem et ad dignotionem morborum
adjumento, praesertim vero ad hoc valere eos colores, qui
in facie, in oculis, in lingua atque urinis conspiciuntur,
quanquam decipi quosdam videmus, qui quum in oculos
intuentur, firmum se nactos esse totius corporis temperaturae
argumentum ex oculorum colore arbitrantur, quum tamen
inde solum oculorum cognoscere temperaturam eis conce-
datur. Imo vero etiam in jecoris vitiis linguae et totius
corporis color vitiatur, ac si inflammatione tentetur mem-
brana costas succingens, sputum colore inficitur, atque

Ed. Chart. VIII. [511.]

τὸ αἷμα, ξανθὸν ἢ οἰχρὸν ἔστι τὸ πτύελον, εἰάν δὲ φλεγμα-
τικώτερον, ἀφρωδές τε καὶ λευκόν, εἰάν δὲ μελαγχολικώτερον,
ἦτοι μέλαν ἢ πελιδνόν, εἰάν δὲ μηδὲν τούτων, ἐρυθρόν. ἔστιν
ὅτε καὶ λεπτὰ καὶ ἄλικα καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτω χροίματι,
ὡς αὐτὸς που φησί. τί λέγοι δὲ περὶ χροίας τῶν οὔρων; εἰ
γὰρ μὴ εἶεν εἰς ἔμοῦ λόγος περὶ αὐτῶν, νῆ Δία πολλὰ γρά-
φειν ἦν ἀναγκαῖον ἐνθάδε. ἀλλὰ μὲν οὐ χροῶν τὰ αὐτὰ
παραγράφειν καὶ διαμηκῆναι τὸν λόγον, τοσοῦτον προσθή-
σω, ὅπερ τῆς προγνωστικῆς τέχνης ἔστιν. οὔσης οὖν τῆς
τετάρτης ἡμέρας ἐπιδήλου, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσε, καὶ ση-
μαινούσης ὅποια τις ἢ ἐβδόμη γενήσεται, πᾶν ὅ τι περ ἄν
ἐν αὐτῇ πρώτῃ φανῆ σημεῖον ἀξιόλογον πέψεως, τὴν ἐσο-
μένην κρίσιν ἐπὶ τῆς ἐβδόμης δηλοῖ, καὶ τότε ἐρυθρὰ νεφέλη
μὴ πρότερον γεγραμμένη καὶ πολὺ μᾶλλον αὐτῆς ἢ λευκὴ
ἐπιφανέῖσα σημαίνει τὴν κρίσιν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐναιώρημα
λευκόν, ὀμαλὸν καὶ συνεστηκός. εἰ δὲ κίνησις τῆς κύσου
πάνυ ὀξύς εἴη καὶ ἢ μεταβολὴ τῆς χροίας καὶ ἢ τῆς συστά-

ita ut si biliosior sanguis sit, flavum aut pallidum sputum
sit, si pituitosior, spumeum et album, si magis melanchol-
licus, nigrum aut lividum, si nihil horum subsit, rubrum:
Expositis iis signis, quae concoctionem judicationemque futuram indicant, de medicamentis propinandis deinceps differit, ac nos optimus medicus docet, usum medicamentorum esse ad concoctos humores accommodatum, ad crudos non item; nisi turgere eos sentiamus, ac verbum quidem turgendi proprie dici de animantibus solet, quae ad rerum venerearum usum impelluntur, nunc vero est ad eos translatum morbos qui properant celeriterque moventur; praecipue autem quum sensus aegroti hominis ab inordinata humorum spiritusque agitatione quodammodo irritantur; quo sane casu tantummodo quis-

Ed. Chart. VIII. [545.]

γως ἂν τις χρήσαιτο τῆς φαρμακίας κατ' ἀρχάς, σύμμαχον ἔχων εἰς τὸ τῆς ὀλκῆς εὐπετέστερον τὴν τῶν πλεοναζόντων χυμῶν καὶ ὑγρῶν κίνησιν, ὡς τὰ γε πρὸς τῷ τελείως ὑπάρχειν ἄπειτα, τὰ μόνιμόν τε καὶ ἐδραῖον ἔχοντα χαλεπῶς ὑπακούειν ταῖς ὀλκαῖς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. προσεπὼν γὰρ ὡς πέπονα χρὴ φαρμακεύειν, ὑπήνεγκε μὴ ὡμὰ μὴδ' ἐν ἀρχῆσι, δηλῶν τῆς ἀρχῆς οὐσης ὡμίον τὸ νόσημα καὶ ἄπειτον ὑπάρχειν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. εἰάν¹ μὲν γὰρ ἐν τῷ σώματι τὸ μὲν αἷμα τὸ χρηστὸν ὀλίγον, οἱ δὲ ὡμοὶ χυμοὶ πάμπολλοι, μῆτε φλεβοτομεῖν χρὴ μῆτε καθαιρεῖν μῆτε γυμνάζειν, ἀλλὰ μῆτε κινεῖν ὅλως μῆτε λούειν. αἱ μὲν γὰρ φλεβοτομίαι τὸ μὲν χρηστὸν ἐκκενοῦσι, τὸ δὲ μοχθηρὸν, ὅπερ ἐν ταῖς πρώταις μάλιστα φλεβὶ ταῖς καθ' ἥπαρ καὶ τὸ μεσάραιον ἀθροίζεται, πρὸς ὄλον ἐπισπῶνται τὸ σῶμα, καθάρσεις δὲ ἐπὶ τῶν τοιοῦτων στρόφους τε καὶ δῆξεις ἐργάζονται, ἀλλὰ καὶ ταῖς λειποψυχίαις σὺν τῷ μὴ κενοῦν ἀξιολόγως. οἱ χυμοὶ γὰρ ὡμοὶ πάντες ἀργοὶ τε καὶ

1. de tuenda sanitate V.

piam in principio medicamentis convenientes rationi et accommodata utetur; quippe qui motum humorum ac succorum in corpore redundantium ad facilius attrahendum adjuvantem habeat, quod ea quae ex toto incocta sunt, stabilia infixaque sunt, ideoque vix et difficulter trahi a medicamentis purgantibus queant; quumque praedixisset, *concocta medicari oportet*, intulit, *non cruda, neque in principiis*; ut quum principium est, crudum et incoctum morbum plerumque esse declararet. Quum enim in corpore sanguinis probi exigua sit copia et crudi humores sint admodum multi, tum nec venam secare nec purgare nec exercere hominem oportet; imo vero neque movere penitus, neque lavare convenit. Si quidem venae sectiones probum sanguinem evacuant et pravum, qui in primis potissimum venis quae in jecore et lactibus sunt colligitur, in totum corpus attrahunt; purgatio vero in iis et tormina et morsus creat, itemque animi defectiones, adde quod nec quidpiam notabile educit, quod

Ed. Chart. VIII. [545. 546.]

δυσκίνητοι διὰ τὸ πάχος τε καὶ τὴν ψυχρότητα καὶ ἐμφράττουσιν ἀπάσας τὰς στενὰς ὁδοὺς, δι' ὧν χρὴ τὸ κενούμενον ἐν ταῖς καθάρσεσιν ἐπὶ τὴν γαστέρα παραγίνεσθαι. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὔτε αὐτοὶ κενοῦνται καὶ τοὺς ἄλλους ἐμποδίζουσι. δοτέον οὖν αὐτοῖς πρότερον ἐδέσματα τε καὶ ποτὰ καὶ φάρμακα λεπτόνοια καὶ τέμνοντα καὶ κατεργαζόμενα τὸ πάχος τῶν χυμῶν ἄνευ τοῦ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. οὐ μὴν ἀλλὰ ἤτις τὸ ἀπόστημα τοῦ πικροχόλου χυμοῦ ἔκγονον ἢ φλεγματικοῦ¹ ἔχει, παραφυλάττειν δεῖ τὴν μείωσιν τὴν διὰ φαρμάκων γενομένην. εἰ δὲ ἐν τῇ ὥρᾳ πάντῃ θερμῇ τὸ τῆς πλευρᾶς ἀπόστημα ἐκ τοῦ αἵματος συσπῆ² καὶ ὁ ἐπικραιῶν ἐν τῷ σώματι χολώδης χυμὸς εἴη, πάντως κωλυτέον. ὁ γὰρ αἱματώδης χυμὸς εἰς χολὴν τρέπεται, ὅπερ γνωρίζεται, ἐπειδὴ ὁ κάμτων ἐπὶ τῇ τοῦ αἵματος πύσει τὸ χολώδες πτύελον ἐκπέμπει. ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ τοῦ προσώπου ἔρευθος³ ταῦτ' οὕτω ἐνδείκνυται, ὡς

1. Corr. *μαυult* μελαγχολικοῦ. 2. Corr. *αἵματος συσπῆ* pro *αἵμα* ἴσθι. 3. Corr. *ἔρευθος* pro *ἔρέφθως*.

crudi omnes humores, pigri et ad molum inepti propter crassitudinem frigiditatemque sint, omnesque vias angustas obstruant, per quas id quod purgando evacuetur comportari ad ventrem [546] oporteat; ex quo fit ut neque ipsi educantur et alios, ne evacuentur, impendant; quocirca ita affectis esculenta, poculenta ac medicamenta danda sunt quae sine insigni caliditate crassitudinem humorum extenuent, incidant atque conficiant; quamquam si quis abscessus urgeatur, qui ab humore bilioso aut melancholico aut etiam pituitoso exortus sit, vitare debet, ne humorem medicamento purgante diminuat, itemque quum anni tempus admodum calidum sit abscessusque costas obfideat, qui ex sanguine constet, isque humor qui exsuperat in corpore sit biliosus, tunc omnino cavendum est: humor enim sanguineus in bilem vertitur, id quod cognoscitur ex eo quod aegrotus post sanguinis sputum rejicere biliosum sputum soleat, hoc idem faciei rubor interdum indicat, sicut alia quoque significant; ceterum

Ed. Chart. VIII. [546.]

καὶ τὰ ἄλλα πολλά. ἐπὶ δὲ τῶν ὠμῶν παντάπασιν εὐλαβη-
τέον. πέπονα μὲν οὖν φαρμακεύειν καλοῖς ἀξιοῖ Ἱπποκρά-
της, μὴ ὠμὰ μηδὲ ἐν ἀρχαῖς, εἰ¹ μὴ ὄργᾶ, τουτέστι μὴ
πρὸς ἔκκρισιν ἐπάγοιτο ἢ κίνησις καὶ μήπω μηδεμίαν ἔχου-
σα πρὸς ἓν μέρος ἰδραίαν ῥοπήν τε καὶ² στάσιν, ἀλλὰ τοὺς
χυμοὺς³ ἔχουσα ἐν κινήσει καὶ φορᾶ καὶ ῥύσει. περὶ δὲ
τῆσδε τῆς ῥήσιως καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἀφορισμῶν, ὡσπερ
καὶ περὶ τῆς ἐχομένης ῥηθῆσεται, καίτοι γε ἐν τισι τῶν
ἀντιγράφων κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς μὴ γεγραμμένης. τὴν
δὲ ἐφεξῆς ἤδη ἄνωθεν διήλθομεν· ἔχει γὰρ οὕτως.

ιστ'.

Ἄς δεῖ ἄγειν, ὅπη ἂν μάλιστα ῥέπη, διὰ τῶν ξυμπερόντων
χωρίων ταύτη ἄγειν.

Ἐῖρηται ἐν τῷ πρώτῳ ὑπομνήματι κατ' ἀρχὰς περὶ
τῶν χωρίων ταῖς κενώσεσι συμπερόντων ὡς ἐστὶ τὰ τε ἐν-

1. Corr. εἰ pro ἢ. 2. κατὰ τόπους III. 3. Corr. χυμοὺς.

in crudis omnino abstinendum a purgatione est. Recte
igitur ceriset Hippocrates medicari oportere concocta et
non cruda, neque in principiis, nisi turgēant, hoc est
nisi motus ad excretionem ipsa concitet, neque ad unam
partem adhuc ullam firmam inclinationem ac stationem
habeat, sed humores ita contineat, ut moveantur, feran-
tur et fluant. Ceterum de hac sententia in primi apho-
rismorum libro, sicut etiam de ea quae deinceps sequitur
agetur, quamvis in quibusdam exemplaribus aphorismorum
non reperiantur. De ea vero quae sequitur jam supra
loquuti sumus, ea autem est hujusmodi.

XVI.

Quae ducere oportet, quo maxime repant, eo per loca
convenientia ducenda sunt.

In primo commentario, quum de locis ad evacuatio-
nem peragendam accommodatis loqueremur, intestina, ve-

Ed. Chart. VIII. [546.]

τερα καὶ κύστις καὶ μήτρα καὶ τὸ πᾶν δέριμα καὶ ὁ στόμαχος καὶ ὑπερώα καὶ ῥῖνες. ὅταν οὖν ἡ φορὰ τῶν χυμῶν κάτω ῥέπῃ ἢ πρὸς τὰ ἔντερα ἤκη, τότε διὰ τῆς ἔδρας δεῖ κενοῦσθαι. ὅταν δὲ πρὸς τὴν κύστιν διὰ τῶν οὐρητικῶν ὡς καὶ διὰ μήτρας ἐν γυναιξὶ διὰ τῶν καταμηνίων καὶ διὰ ἰδρώτων κατὰ τὸ δέριμα καὶ διὰ ἐμέτων, εἰ² φορὰ ἄνω ῥέπει. καὶ τοῦτό γε διὰ στομάχου, ὅταν δὲ τὸν ἐγκέφαλον ἐκκαθαίρομεν, διὰ ὑπερώων καὶ διὰ ῥινῶν ἐν ταῖς αἰμορραγίαις. ἰστέον δὲ ὅτι * * νῦν συμβουλεύει ἅ μῆτε κρίνονται μῆτε κέκρται ἀρτίως· ταῦτα γὰρ ἄγειν δεῖ, ὅπῃ ἂν ἡ φύσις ῥέπῃ· καὶ σκοπεῖσθαι, ἵνα μὴ εἰς τὰ ἀσίμφορα χωρία ἢ ῥοπή γένηται τῶν λυπούντων χυμῶν. τότε γὰρ μὴ μόνον ἄγειν καὶ τῇ φύσει συνεργεῖν, ἀλλὰ καὶ καλύειν καὶ ἀντισπᾶν χρή.

1. Corr. probat περί.

2. Corr. εἰ pro ἡ.

licam, uterum, cutem universam, stomachum, palatum naresque memoravimus. Quum igitur humores deorsum vergant, si ad intestina tendant, tunc evacuatio erit per sedem facienda, quum vero ad vesicam vergant, tum per ea, quibus urina provocatur, ut in menstruis mulierum purgationibus per uterum evacuandum est; per sudorem si ad cutem repant et per vomitum, si sursum ferantur; ac tunc quidem per stomachum, ut quum cerebrum expurgamus per palatum, ac per nares in sanguinis profluvio. Illud autem sciendum est, nunc nobis hoc consilii dari, ducenda ea quae neque judicantur, neque nuper judicata sunt; quae quidem eo ducenda sunt quo natura vergat, ac videndum esse diligenter, ne inclinatio humorum noxiorum in loca minus opportuna fiat; quo sane tempore tantum abest, ut ducere et naturam adjuvare debeamus, ut etiam prohibere ac revellere humores oporteat.

Ed. Chart. VIII. [546.]

ιζ'.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ἕως ἂν χωρήῃ, οἷα δεῖ καὶ φέρη εὐφόρος, ὅκου δὲ δεῖ γινῶσαι ἢ λειποθυμῆσαι, ἕως ἂν τοῦτο ποιήσης, ἐπ' ἄλλα ῥέψαι¹ ἢ ξηρῆσαι ἢ ὑγρῆσαι ἢ ἀντισπάσαι, οὐνεκα τοῦτο ποιέεται, ἣν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων.

Ἐν πάσαις ταῖς κενώσεσιν, ὡς ἤδη ἄνωθεν εἴρηται, κριτήριόν ἐστιν ἡ εὐφορία. εἰ γὰρ καὶ πλήθος πολὺ ἐκκενοῦται, ὁ δὲ κἄμνων κουφότερος ἑαυτοῦ οὐ γίνεται καὶ μὴ φέρει εὐφόρος, πρόδηλόν ἐστιν ὅτι οὔτε τὸ λειπὸν οὔτε τὸ πλεονάζον, ἀλλὰ τὸ κατὰ φύσιν ἐκκρίνεται καὶ ἡ δύναμις καταλύεται. συμβουλεύει γοῦν μὴ τῇ τῶν κενουμένων ποσότητι προσέχειν τὸν νοῦν, ἀλλὰ αὐτοῖς τοῖς κενουμένοις, ἣν οἷα δεῖ κενοῦνται, καὶ τῇ εὐφορίᾳ, καὶ τοῦτο εἴτε τῆς φύσεως αὐτῆς ἐκκαθαιρούσης τὸ σῶμα εἴθ' ἡμῶν² δόντων τὸ φάρ-

1. Corr. ῥέψαι pro ῥεῦσαι. 2. Corr. εἴθ' ἡμῶν pro ἡ θυμόν.

XVII.

Quae prodeunt haud multitudine aestimanda sunt; sed, quamdiu prodeant, qualia oportet et aeger facile ferat. Ubi vero debilitare aut animi defectionem inducere oportet, donec id effeceris, cujus causa hoc sit, alio vertere aut siccare aut humectare aut revellere, si sufficere aeger possit.

In omni genere evacuationum, ut jam antea monuimus, judicandi ratio ducitur a tolerandi facilitate. Si enim magna vis atque copia evacuetur et tamen aegrotus se levare non perferat, neque facile fert; plane constat, neque quod noxium est, neque quod redundat, sed quod naturae accommodatum est, evacuari ac vires dissolvi; quocirca consulit, ne copiae eorum quae evacuantur animum adhibeamus, sed iis ipsis quae excernuntur, utrum qualia oportet excernantur et tolerandi facilitatem attendamus, idque esse observandum, sive natura corpus

Ed. Chart. VIII. [516.]

μακρον τῶν λυπούντων χυμῶν ἢ κένωσις γίγναιτο. ὅπου δὲ χρῆ ἐκτυλίνεσθαι ἢ μέγρι λειποθυμίας ἐκκενοῦν, τοῦτο ποιήσεις, ἕως ἂν τοῦτο γένηται, ὅπερ ἐθέλεις. ἔξεστι δὲ ἐν τῷδε καιρῷ ἢ ῥέψαι ἢ ξηρῆσαι ἢ ἀντισπάσαι, ἕως ἂν ὁ κἀμνων ἐξαρκέσῃ. ἐπειδὴ γὰρ πολλαχῶς λειποψυχία γίνεται, ἴσθι μοι² νῦν λειποθυμίαν εἰρησθαι τὴν ἐπὶ τῇ μεγάλῃ κενώσει γινομένην, ἧς³ μεγάλη χρεία ἐστὶν ἐν τοῖς συνεχέσι πυρετοῖς, ὡς ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ δέδεικται. καὶ ἐπὶ τῶν μεγίστων φλεγμονῶν καὶ ἐν ταῖς ἰσχυροτάταις ὀδύναις χρῆ μέντοι διορίσαι, πότερον τοῦτο φλεβοτομῆς ἢτοι καθάρσει ποιητέον. τοὺς δὲ διορισμοὺς ἔχεις σαφῶς ἐν τῷ περὶ φλεβοτομίας. αὐτίκα δὲ ἐν τῷ κόπῳ, ὃν φλεγμονώδη καλοῦμεν, εἰ⁴ μὴ τις φθάσας ἀποχέει τοῦ αἵματος, αὐτίκα πυρετὸς σφοδρότατος ἄπτεται. καὶ γὰρ οὖν καὶ θερμότατόν ἐστι τὸ τῶν κόπων τοιούτων αἷμα καὶ πλειστίης αὐτοῦ δέοντα⁵ τῆς κενώσεως, ἃ πάντες σχεδὸν

1. l. IV. in VI. epid. XII. 2. Corr. ἴσθι μοι pro ἐστὶ μῆ.
3. Corr. ἧς pro εἰς. 4. l. IV. de fanit. tuend. 5. in margine

expurget, sine nos medicamentum purgans demus, ac molli humores evacuentur. Ubi vero debilitare et ad animi defectionem usque evacuare opus est, id faciendum erit usque dum id sis consequutus, quod voles, quo sane tempore tibi licebit aut alio vertere aut siccare aut humectare aut revellere, donec aeger sufficiat. Quoniam autem multis modis animi defectio fieri solet, scito nunc intelligi defectionem eam oportere, quae ex magna evacuatione sit. Cujus in febribus continentibus usus est maximus, ut in methodo medendi demonstravimus, itemque in maximis inflammationibus et doloribus vehementissimis, adhibenda tamen distinctio est, utrum hoc venae sectione an purgatione faciendum esse videatur; habes autem distinctiones in libro de venae sectione perspicue explicatas. Jam vero in ea lassitudine, quam inflammationis speciem praefere dicimus, nisi quis detractione sanguinis malo prius occurrat, vehementissima febris statim accendetur: nam et sanguis in hujusmodi lassitudinibus calidissimus est et omnes

Ed. Chart. VIII. [546.]

οἱ¹ καταλειφθέντες αὐτῶ καὶ οἱ πολλοὶ δὲ αὐτῶν πυρέτ-
 τουσι, κἄν ἀποχέεις τοῦ αἵματος. ὅθεν οὐ προσήκει ὀλί-
 γον ἀφελεῖν, ἀλλὰ διὰ ταχέων ἐκκενοῦν καὶ μέγρι λειποθυ-
 μίας ἄγειν, εἰ μηδὲν ἕτερον κωλύη.² εἰ δὲ δις ἀφελεῖν ἐν
 ἡμέρᾳ μιᾷ ἐθέλεις, πρότερον μὲν οὖν οὕτω κενώσεις, ὡς μὴ
 λειποθυμῆσαι τὸν κάμνοντα. δεύτερον δὲ μὴ φοβηθῆση
 λειποψυχίαν, εἰ μὲν προτέρᾳ κενώσει καταλυθείη, οὐκ ἂν
 οἶόν τε εἴη τὴν δευτέραν ὑπομένειν. περὶ δὲ πυρετοῦ δια-
 καεστάτου οὐκ ἔστι μηκύνειν ἐν τῷδε, ἐπεὶ λέλεκται ἤδη
 ἐν τῷ ἐνάτῳ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου, πῶς οὐκ ἔστιν
 εὐρεῖν μείζον βοήθημα τοῦ μέγρι λειποθυμίας ἐκκενωῖσαι,
 οὕτω καὶ ἐν ταῖς ἰσχυροτάταις ὀδύναις. προσέχειν δὲ δεῖ
 τὸν νοῦν ἀεὶ τῇ δυνάμει τοῦ νοσοῦντος, ὅπερ αὐτὸς εἶπεν,
 ἦν ἑξαρκέη ὁ νοσέων, ὡς εἶναι δύο γνωρίσματα τὴν εὐφο-

vel δέονται. 1. Corr. οἱ pro ἦ. 2. vel κωλύοι.

fere qui in eas inciderunt copiosissimam ejus evacuationem
 postulanti et quamvis etiam sanguis mittatur, tamen pleri-
 que eorum in febrem incidunt; quocirca non convenit
 parum ejus detrahere, sed et celeriter mittendus est et
 ad animi defectionem usque educendus, siquidem nihil
 aliud impediat. Si vero bis eodem die detrahere sangui-
 nem velis, primum ita evacuabis, ut ne animi defectio-
 nem inducas; secundo loco vero nihil est, quod animi
 defectionem afferre verearis; at si prima evacuatione ae-
 grotus exsolvatur, secundam evacuationem ferre nullo
 modo poterit. De ardentissima autem febre nihil est, cur
 longiore oratione nunc differam, quando in nono methodi
 nullum inveniri majus aut praesentius remedium, quam
 evacuationem usque ad animi defectionem posse, demon-
 stravimus, quod idem in vehementissimis doloribus est in-
 telligendum; semper tamen habenda ratio est virium ae-
 grotantis, quod ipse significavit, quum dixit: *si sufficere
 aeger possit*; ut jam duae notae sint, facilitas nimirum

Ed. Chart. VIII. [546. 547.]

ρίαν τε καὶ τὴν τοῦ κάμνοντος δύναμιν. ὁποῦρα δὲ μὴ παρῆ, οὐ ποιητέον.

ιη'.

Τούτοισι τεκμαίρεσθαι, τὰ μὲν ξηρὰ θερμὰ ἔσται, τὰ δὲ ὑγρὰ ψυχρὰ· διαχωρητικὰ δὲ τάναντία ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.

Τοιαῦτα, φησὶν, ἔσται τεκμήρια, ἐξ ὧν εἰδέναι δυνή-
σει,¹ ὅτι ἐξαρκείει ὁ νοσῶν· καὶ ἡ κένωσις μέχρι τῆς λει-
ποθυμίας γεγένηται. ἃ μὲν γὰρ εἶναι ξηρὰ πρότερον ἡσθά-
νου, νῦν θερμὰ, ἃ δὲ ὑγρὰ ἦν, νῦν ψυχρὰ ἔσται, τὰ δὲ
διαχωρητικὰ τάναντία. τοῦτο δὲ οὐκ αἰεὶ, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ
πλεῖστον. καλεῖ δὲ * * * * δι' ὧν ἡ γαστήρ
ὑπάγεται. ἦν² γὰρ μὴ εἶεν ἐναντία, ἡ φύσις αὐτὰ νικᾷν
πέφυκε. κίεται δὲ ἡ κάτω γαστήρ καὶ πολλὰ τε καὶ π-
κίλα ὠθεῖ. * * * * αἱ γὰρ μεταβολαὶ τῶν δια-

1. Corr. δυνήσει pro διολεσειν. 2. l. II. aph. XIV.

tolerandi et vires aegrotantis; ac si alterutra ipsarum non
adlit, id neutiquam erit faciendum.

XVIII.

[547] *Ex his conjiciendum; sicca quidem erunt calida;
humida vero frigida; quae vero alvum subducunt,
plerumque contraria.*

Haec, inquit, erunt propriae notae argumenta, ex
quibus nosse poteris, utrum aegrotus sufficiat nec ne et
utrum evacuatio usque ad animi defectionem fiat; nam
quae prius fuisse sicciora sentiebas, nunc calida; quae
humida erant, nunc frigida esse videbis; quae vero alvum
subducunt, erunt contraria; id tamen non semper, sed
plerumque ita comperies. Vocat autem * * * *
Quibus alvus subducitur. Propterea quod nisi contraria
sint, natura eadem superabit: solvitur enim venter infe-
rior, ac multa eaque varia expellit * * * *

Ed. Chart. VIII. [547.]

χωρημάτων πολλάς ιδέας ἐκκενοῦσαι χυμῶν ἀκριβέστερον ἐκκαθαίρουσι τὸ σῶμα, πλὴν εἰ μὴ συντήξεως καὶ σηπεδόνος ἔχοιεν σημεῖα, περὶ ὧν αὐτὸς ἐν τῷ προγνωστικῷ διήλθεν. ἐνθα τὰ τῶν λιπαρῶν καὶ δυσωδῶν ἐμνημόνευσε.

ιθ'.

Ταῦτα τῆσιν περισσῆσιν ἄνω ἦν καὶ περίοδοι καὶ ἡ κατάστασις τοιαύτη ἐκ τῶν παροξυσμῶν. γίνεται δὲ τὰ πλεῖστα τῆσιν ἀρτίησι κάτω. οὔτε γὰρ καὶ αὐτόματα ὠφέλει, ἢ μὴ αἱ περίοδοι τοὺς παροξυσμοὺς ἐν τῆσιν ἀρτίησι ποιεῖνται, ἐν δὲ τοῖσι τοιούτοισιν, ἐν μὲν ἀρτίησιν ἄνω, ἐν δὲ τῆσι περισσῆσιν κάτω. ὀλίγα δὲ τοιαῦται. αἱ δὲ τοιαῦται καὶ δυσχρειώτεραι καταστάσεις.

Οὐ δέϊται μακροτέρου λόγου πρὸς τὴν σαφήνειαν τῶν ῥητῶν ὅστις τὰ ἡμέτερα περὶ τῶν κρίσεων ὑπομνήματα ἐπιμελῶς διήλθεν. ἐκεῖ γὰρ ἅπαντα τὰ πρὸς κρίσιν καὶ

1. Corr. add. τὰ.

excrementorum mutationes, quae multas humorum formas evacuant, corpus ipsum accuratius expurgant; nisi forte aut colliquationis aut corruptelae signa adjuncta habeant, de quibus ipse in praefagiis loquutus est in illo loco, in quo fecit de pinguibus deque foetidis mentionem.

XIX.

Haec diebus imparibus sursum fiunt, si et circuitus et constitutio ex ipsis exacerbationibus talis exstiterit; plurima autem paribus diebus fiunt deorsum. Sic enim etiam quae sponte eveniunt juvant, nisi circuitus in diebus paribus exacerbationes faciant; in hujusmodi autem paribus sursum; imparibus deorsum; tales autem pauci sunt et tales etiam constitutiones difficiliter judicantur.

Qui nostros de crisi bus libros accurate perlegit, ei nihil opus est longiore oratione ad haec, de quibus agitur, intelligenda. In illis enim quae ad iudicationes, quae

Ed. Chart. VIII. [547.]

τὰς ἀκρισίας καὶ κακὰς κρίσεις γέγραπται· καὶ ὅτι τὰ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίησι κρίνεται ἐν ἀρτίησιν. ὦν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῆσι, κρίνονται ἐν περισσῆσιν. καὶ εἴρηται ἐν τοῖς παροξυσμοῖς γίνεσθαι κρίσεις διὰ τε τὸ κινεῖσθαι σφοδρῶς ἐν αὐτοῖς τοὺς χυμοὺς καὶ ὡσπερ ζέοντας ἐκρήγνυσθαι δι' αἰμορροαγίας ἢ δι' ἰδρώτων ἢ ἐμέτων ἢ διαχωρημάτων καὶ αἰμορροῦδων ἢ καταμηνίων ταῖς γυναιξίν. διὰ τε τὸ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τὴν φύσιν ἐπείγεσθαι πρὸς ἔκκρισιν αὐτῶν, ἅμα μὲν ὅτι βαρυνομένη καὶ κακοπαθοῦσα παροξύνεται πρὸς τὴν ἔκκρισιν, ἅμα δὲ ὅτι κενχυμένων μᾶλλον αὐτῶν ἢ τε διάκρσις ἐτοιμοτέρα τῶν μοχθηρῶν, ἢ τε κρίσις ῥᾶρον γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο λέλεκται, ὅτι² μεταβολὴ τετραχῶς γίνεται· ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ἢ ὄλεθρον ἢ ῥοπήν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ χεῖρον. καὶ ὅτι ἄμεινον ἢ κρίσις ἢ κατὰ κένωσιν τῆς κατ' ἀπόστημα. εἶτα κατὰ τὸν λυποῦντα καὶ πλεονάζοντα χυμὸν τῆς ἄλλοις τινὰ μενούσης.

1. l. III. in V. epid. XIII.

2. l. III. in V. epid. XVI.

ad earum vacuitates, quae denique ad malas judicationes pertinent, scripta sunt omnia; illud item docuimus, quae paribus diebus exacerbantur, paribus judicari, quorum vero exacerbationes diebus imparibus fiunt, ea quoque imparibus judicari, adjunximus etiam judicationes in exacerbationibus fieri, propterea quod humores in illis vehementer moveantur, ac veluti ferventes aut per sanguinis profluvium aut per sudores aut per vomitus aut per secessum aut per haemorrhoides aut per menstruas purgationes in mulieribus prorumpant; et quod natura eo tempore ad illorum excretionem impellatur et quod pressa pondere et male affecta ad humores excernendos irritetur et quod illis magis suis noxia promptius expellantur faciliusque fiat judicatio; proinde dictum est mutationem quatuor modis effici, ad salutem, ad mortem, ad inclinationem in melius, ad eandem in pejus ruentem; itemque judicationem quae per evacuationem fit meliorem esse ea quae per abscessum contingat; tum quae noxium potius

Ed. Chart. VIII. [547.]

καὶ¹ τριῖον ἢ κατ' ἕξιν² τῆς μὴ κατ' ἕξιν δὲ αὐτὸς ὀνομάζει τὸ κατ' εὐθωρίαν. ἐπὶ ταύταις ἢ μετ' εὐφορίας, εἶθ' ἢ μετὰ πέψεως ἐν ἡμέρᾳ κρίσιμῳ. ταῦτα γὰρ πάντα ἔχειν δεῖ τὴν τελείαν κρίσιν. ἴσθι μὲν δὴ ἐν τοῖς πυρετοῖς οὐχ ὁμοίως τὰς ἡμέρας ἀριθμεῖσθαι. ὁ γὰρ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἡμέρα μία δύναιται, τοῦτο³ ποιεῖ ἐπὶ τῶν διαλειπόντων ὁ παροξυσμὸς καὶ αἱ κρίσεις κατὰ τὴν τούτων συναρίθμησιν γίνονται. καὶ ἡμεῖς ἴσμεν ἐπὶ τῶν τριταίων τε καὶ τεταρταίων γινομένην τὴν κρίσιν κατὰ τὸν⁴ τῶν περιόδων ἀριθμὸν καὶ μὴ τῶν ἡμερῶν. τοῦτο δ' ἀληθὲς εἶναι μαρτυρεῖ αὐτὸς, ἔνθα φησὶ, τὸν ἀκριβῆ τριταῖον ἐν ἐπτά περιόδοις κρίνεσθαι. ὁ γὰρ ἑβδομος ἀπ' ἀρχῆς παροξυσμὸς εἰς τὴν τρισκαιδεκάτην ἡμέραν ἐμπίπτει καὶ οὕτως⁵ ὁ πυρετὸς ἐν αὐτῷ πολλάκις εἴωθε κρίνεσθαι, καὶ οὐκ ἐκτείνεται εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην κρίσιμον οὔσαν. ὡς δὲ τῶν ὀξείων νοσημάτων ἢ αὐτὴ ἡμέρα τεσσαρεσκαιδεκάτη ὄρος

1. l. J. aph. XX. 2. Corr. ἕξιν pro ἤξιν. idemque fecit sequent. 3. l. IV. aph. XIX. 4. Corr. add. τὸν. 5. Corr. praecipit οὗτος.

quam quae alium quemlibet humorem evacuet; tertio eam quae directo et ex eadem parte, quam quae secus. Ipse autem, quod nos per rectitudinem dicimus, appellat directo; praeterea vero eam quae cum tolerandi facilitate et cum coctione et die critico fiat. Siquidem haec omnia habere perfectam judicationem oportet. Ne sis tamen nefcius, in febribus omnibus non simili modo dies numerari; nam quod in continuis unus dies potest, id ipsum facit in intermittentibus accessio; et judicationes pro accessionum numeratione fiunt, ac nos etiam observavimus, in tertianis et quartanis judicationes fieri non ad dierum, sed ad circuituum numerum. Id quod verum esse ipsemet attestatur, ubi tertianam puram septem circuitibus judicari affirmavit; septima enim a principio accessio in decimum tertium diem incidit, in quo saepe judicatur, nec in quartum decimum, qui criticus est, extenditur. Quemadmodum autem acutorum morborum ipse dies quar-

Ed. Chart. VIII. [547.]

ἐστὶ καὶ τῶν κατοξέων ἢ ἐβδόμη, οὕτως ἐνδιαλείπουσιν ὁ
 τριταῖος κατὰ τὴν ἐβδόμην περίοδον τελευτᾷ. εἰ μὲν οὖν
 ἐν ταῖς περισσαῖς ἡμέραις ἢ κρίσις γένηται, διὰ τῶν ἄνω
 μερῶν γενήσεται, εἰ καὶ περίοδος καὶ κατάστασις τοῦ νο-
 σήματος κατὰ τὴν τάξιν τῶν παροξυσμῶν εἴη¹ τοιαύτη.
 ἐν ἀρτίαις δὲ ἦν γένηται, διὰ τῶν κάτω ἔσται. ἀξιοῖ δὲ
 καὶ τῶν αὐτομάτων εἶναι τὸν αὐτὸν λόγον καὶ ὠφελεῖν, εἰ καὶ
 οἱ παροξυσμοὶ πρὸς τῶν περιόδων ἐν ἀρτίαις γίνονται.
 διότι ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνάπαλιν συμβήσεται. καὶ γὰρ ἐν
 ταῖς ἀρτίαις ἄνω, ἐν δὲ ταῖς περισσαῖς κάτω. προστίθησι
 μέντοι ὀλίγας τοιαύτας καταστάσεις γίνεσθαι καὶ τὰς οὕτω
 γινομένας δυσκριτωτέρας εἶναι. τὴν δὲ αἰτίαν τούτου ἡμεῖς
 ἐν ταῖς κρίσιμοις ἡμέραις εἰρήκαμεν.

κ'.

Ἄταρ καὶ τὰ πρόσω χρόνου προήκοντα ἀνάγκη οὕτως, ὡς
 τρισκαιδεκαταῖα τεσσαρεσκαιδεκαταῖα τρισκαιδεκάτη μὲν

1. Corr. εἴη τοιαύτη pro ποιῆ τοιαύτην.

tus decimus est terminus et peracutorum septimus, sic in
 intermittentibus tertiana febris septimo circuitu termina-
 tur; quocirca si judicatio in diebus imparibus accidat, per
 superiores partes fiet, si modo et circuitus et morbi con-
 stitutio in ordine accessionum talis fuerit. Si vero in
 paribus per inferiores fiet, porro censet, eorum quae
 sponte eveniunt eandem esse rationem oportere, eaque
 prodesse, si accessiones paribus diebus ex circuitibus fiant;
 propterea quod in ejusmodi contrarium usu veniet; liqui-
 dem in paribus sursum, in imparibus vero deorsum;
 addit tamen paucas constitutiones inveniri tales et quae
 hujusmodi sunt, eas esse ad judicandum difficiliores, cujus
 rei causam nos in libris de diebus criticis exposuimus.

XX.

Quin etiam tempore ulterius progressa sic fieri necesse est,
 velut ad decimum tertium decimumque quartum diem;

Ed. Chart. VIII. [547. 548.]

κάτω, τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ ἄνω. πρὸς γὰρ τὸ κρίσιμον οὕτω συμφέρει καὶ ὁκόσα εἰκοσταῖα, πλὴν ὁκόσα κάτω.

“Ὅπερ ἤδη προεῖπον ἐν τοῖς περὶ κρίσεων καὶ τῶν κρίσιμων ἡμερῶν ὑπομνήμασιν εἴρηται ἅπαντα ἃ περὶ τοιαύτης ἐστὶ πραγματείας. διὸ ἐνταυθὶ μόνα τὰ κεφάλαια τῶν ἐπιγεγραμμένων ἀναμνήσω. κρίσις μὲν οὖν ἐστὶν ὁξύρροπος ἐν νόσῳ μεταβολή· γίνεται δὲ κατὰ τεσσαρῶν τρόπων· ἢ γὰρ ἐστὶν ἀπάλλαξις τῶν νοσημάτων εὐθέρως ἢ μεγάλην μεταβολὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀναφέρει ἢ θάνατον εὐθέρως ἢ καὶ ὁ κάμνων γίνεται χεῖρον πολλῶ. ἅπαντα δὲ κρίσις μετὰ τινος φανερώς γίνεται κενώσεως ἢ ἀποστάσεως, ὡς μετ’ ὀλίγα ῥηθήσεται. ἡμέρας δὲ κρίσιμονς ὀνομάζομεν, ἐν αἷς αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ πισταὶ τε ἅμα καὶ πλείσται γίνονται, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις οὔτε πισταὶ οὔτε πολλαὶ τυγχάνουσιν. Ἰπποκράτης μὲν ὁ πάντων ἀγαθῶν

1. I. III. prognost. VI.

ac decimo quidem tertio deorsum; decimo quarto vero sursum: sic enim ad judicationem confert et quae ad vigesimum, praeterea quae deorsum feruntur.

Quemadmodum jam diximus tum in libris de crisi-
bus tum in iis qui sunt de criticis diebus, ea omnia
quae ad hanc tractationem pertinent explicavimus; pro-
inde hoc loco solum memorabo capita eorum quae in illis
[548] sunt conscripta commentariis. Judicatio igitur est
repentina in morbo commutatio; ea quatuor fit modis:
nam vel est subita morborum liberatio vel magnam mu-
tationem in meliorem statum vel mortem repente affert
vel facit, ut aegrotus sit multo pejore in statu. Judica-
tio omnis cum aliqua manifesta evacuatione vel abscessu
fit, ut paulo post dicitur. Criticos porro dies appellamus,
in quibus hujusmodi mutationes et fideles et plurimae
fieri solent, quum in aliis diebus neque fideles, neque
frequentes contingant. Hippocrates autem omnium bono-

Ed. Chart. VIII. [548.]

εὐρετῆς τοιαύτας τὰς ἡμέρας ἐνεδείξατο καὶ ἰσχυροτέραν εἶναι περίοδον ἡμερῶν κρίσιμων τὴν ἐβδόμην εἶπε. δευτέραν δὲ τῇ δυνάμει τὴν τετράδα γιγνομένην, διότι δίχα τέμνει τὴν ἐβδόμην καὶ σημαίνονται αἱ κρίσεις ἐσόμεναι ἐν ταῖς περιόδοις ταῖς ἐβδομικαῖς ὑπὸ τῶν τετραδῶν. ἡ δὲ τετάρτη ἡμέρα τῆς ἐβδόμης ἐστὶ δηλωτικὴ, ἡ δὲ ἐνδεκάτη τῆς ιδ'. ταύτας δὲ αὐτὸς ἐπιδήλους καλεῖ. βούλεται δὲ τὰς ἐβδομάδας ἀριθμεῖσθαι τόνδε τὸν τρόπον· δύο μὲν ἐφεξῆς ἀλλήλων τὰς πρώτας κατὰ διάξενξιν, ἔπεσθαι δ' αὐταῖς τὴν τρίτην κατὰ συνάφειαν. ὡς τελευτώσης μὲν εἰς τὴν ἡμέραν τινὰ τῆς προτέρας, ἐρχομένης δὲ τῆς δευτέρας ἀπ' ἄλλης καὶ τῆς τρίτης ἀπὸ τῆς αὐτῆς, εἰς ἣν ἡ δευτέρα τέλος εἶχεν.¹ ὅπερ αἰτιὸν ἐστὶ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν ἐσχάτην εἶναι τῆς τρίτης ἐβδομάδος, ὃ καὶ ἀληθὲς εἶναι εὐρήσομεν. ἡ γὰρ εἰκοστὴ καὶ πλείιστα καὶ βεβαίως ὁρᾶται κρινοῦσα. διὰ μὲν οὖν ταύτην αἰτίαν ὁ Ἱπποκράτης τὴν μὴ ἡμέραν, οὐ τὴν μβ' κρίσιμον εἶναι φησιν· οὕτω καὶ τὴν

1. Sic et Corr. in margine: ἀπ' ἄλλης pro ἀπ' αὐτῆς, atque adjecit καὶ τῆς τρίτης—τέλος εἶχε.

rum inventor hodie dies indicavit et septimum dierum criticorum circuitum esse valentiorē reliquis dixit; et ab eo secundum potestate esse quaternarium, quod septimum dividat in duas partes et quod judicationes per circuitus septenarios futurae a quaternariis indicentur: quartus enim est septimi index, undecimus quarti decimi, hos vero dies ipse indices vocat. Hebdomadas vero sic numerari censet oportere, ut duae priores inter se vicinae per disjunctionem; tertia quae has sequitur per connexionem numeretur, ut prior in unum diem desinat et ab alio incipiat secunda; tum vero tertia ab eodem incipiat, in quem secunda desierat, quod in causa est, ut vigesimus dies sit tertiae hebdomadis ultimus, quod etiam esse verum comperiemus, quandoquidem etiam sextus malus nimirum iudex deprehenditur. Quamobrem Hippocrates diem quadragesimum, non quadragesimum secundum esse criticum statuit, ita etiam sexagesimum et octogesimum,

Ed. Chart. VIII. [548.]

ἔξηκοσιτὴν καὶ τὴν ὀγδοηκοσιτὴν, οὐ τὴν ἔξηκοσιτὴν τρίτην, οὐδὲ τὴν πδ'. παρεμπίπτουσι δὲ ταῖς κρίσιμοις κατὰ τὰς ὀξείας νόσους αὐται, τρίτη, πέμπτη καὶ ἐνάτη. παρεμπίπτει δὲ ποτε καὶ ἡ ἕκτη κακὴ κρίσιμος οὕσα, ὅτι μετὰ συμπτωμάτων ἐνίοτε ποιεῖ τὴν κρίσιν ἐπισηφαλῶς. τούτων¹ δὲ πάντων τὰ παραδείγματα ἔχεις ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν ὑπομνήμασιν. ἀλλὰ² ἐκείνους τοὺς ἀρρώστους ἐνταῦθα περιγράφειν μακρόν. ἔνεστι δὲ σοι τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἀναγινώσκειν, ἧς ἀρχὴ ἦδε, οἱ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῆσιν ἀρτίησιν ἡμέρησι τὸν ἀριθμὸν, ἐξ ὧν τε περιγίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐξ ὧν ἀπόλλυνται, καὶ τὰ λοιπά. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀφορισμῶν περὶ κρινουσῶν ἡμερῶν πολλά ἐστι γεγραμμένα, ἐξ ὧν δῆλόν ἐστιν, ὅτι τὴν πρώτην ἐβδομάδα κατὰ τὴν συνάφειαν ἀριθμεῖ τῇ δευτέρῃ καὶ ὅτι τὴν τετάρτην ἡμέραν ἐπίδηλον ποιεῖται τῆς ἐβδόμης καὶ τὴν ις' τῆς κ', καὶ ποῖαι ἐπίδηλοι εἰς τὸ καθόλου καὶ ποῖαι θεωρηταὶ τῶν ἡμερῶν. πολλά

1. l. II. aph. XXIV. 2. l. III. prognost. VI.

non sexagesimum tertium, neque quartum octogesimum. In morbis autem acutis intercidunt in criticos hi: tertius, quintus et nonus, ac quandoque etiam sextus, malus nimirum index, quod aliquando cum symptomatibus periculose judicet; horum autem omnium exempla tibi in libris de vulgaribus morbis poterunt suppetere, sed eos aegrotos hoc loco describere longum fuerit, ac tibi integrum est eam sententiam quae in libro praesagiorum habetur perlegere, cujus hoc est initium: *febres iisdem numero diebus judicantur, ex quibus homines tum servantur tum pereunt*, et quae sequuntur. Quin etiam in secundo aphorismorum multa sunt de criticis diebus monumentis consignata literarum, ex quibus plane constat, tertiam hebdomadem per conjunctionem cum secunda numerari et quartum diem septimi indicem statui, et septimum decimum vigesimi, tum explanari, quinam dies indices in universum sint, quique contemplatione digni ab Hippo-

Ed. Chart. VIII. [548.]

καὶ ἄλλα εὐρήσεις, ἃ ἔγραψεν Ἰπποκράτης ἄλλοτε κατ' ἄλλο βιβλίον, ὑπ' ἐμοῦ δὲ εἰς ἓν ἠθροίσται κατὰ τὴν περὶ κρίσεων ἡμερῶν¹ πραγματείαν. τῷ μὲν οὖν θέλοντι προγνωσκειν ἀκριβῶς ἀνογνωστίον ἐστὶ καὶ τὰ βιβλία ἐκεῖνα καὶ τὰ περὶ κρίσεων. τοιαύτην γὰρ χρεῖαν παρίχουσι τὰ τοιαῦτα, ὡς ἐμοῦ μὲν ταύτην τὴν θεωρίαν προειπόντος ἐπὶ Εὐδήμου φιλοσόφου, τρεῖς² τεταρταίους ἔχοντος, ἓνα μὲν αὐτῶν πρώτον παύεσθαι ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις καὶ μετὰ τοςάσδε περιόδους καὶ ἐκείνου πανομένου δεύτερον ἄλλον ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ. κἄπειτα καὶ τὸν τρίτον ὁμοίως προειπόντος, ἐκ μαντικῆς καὶ οὐκ ἐξ ἰατρικῆς θεωρίας ἔφασαν λέγεσθαι ταῦτα. οὐ μόνον δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ σὺν θεῷ δ' εἶπεῖν, οὐδέποτε ἀπέτυχον ἐν οἰδεμῖα προφῶήσει. τούτων οἷν οὕτω διωρισμένων τὴν λέξιν ἐξηγήσασθαι πρόκειται τῶν εἰρημένων ὑφ' Ἰπποκράτους κατὰ τὸ προκείμενον βιβλίον. ἃ γοῦν πρὸ τοῦ χρόνου τῆς

1. Haec κατὰ τὴν—ἡμερῶν expunguntur; in S. g. non reperiuntur. 2. l. III, in prognost. VIII.

crate censeantur. Multa quoque alia comperies, quae ipse plerisque in libris conscripsit, quae omnia in unum nos volumen redegimus, quod de criticis diebus inscribitur, ac qui praeflagire in posterum, quid futurum sit, accurate velit, is et hoc opus et quod de crisi-bus est perlegat oportet: res enim hujusmodi tantum afferunt utilitatis, ut quum ego hanc contemplationem apud Eudemum philosophum, qui tres quartanas habebat, praedicens monuisssem, fore ut una earum quae certis diebus invadebat post tot circuitus primum sedaretur, quumque haec depulsa esset, altera certo die discederet; similique modo de tertia praedixissem, haec ex arte divinandi, non ex medica cognitione a me pronunciarum contenderent; ac nos non modo in illo homine, sed etiam, quod deo approbante dictum sit, in nulla unquam praedictione offendimur. Quae quum ita se habeant, propositum nobis est explicare quatenam in hoc libro Hippocrates conscripserit. Igitur quae ante tempus judicationis prodeunt hoc modo

Ed. Chart. VIII. [548.]

κρίσιως ἤκει, τοιοῦτον τὸν τρόπον ἀνάγκη γενέσθαι, ὡς ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ διὰ τῶν κάτω· ἐν δὲ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ διὰ τῶν ἄνω ἄγεται. ὅπερ χρήσιμον καὶ λυσιτελὲς πρὸς τὴν κρίσιν ἐστίν· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα εἰκοσταία, πλὴν ὅσα κάτω· εἶπομεν γὰρ τὴν εἰκοστὴν κρίσιμον οὔσαν. ὅσα δὲ κάτω ῥέπει, ταῦτα διὰ τῶν κάτω ἄγειν δεῖ, ὡς αὐτὸς ἐκέλευσε. μεταβῶμεν δὲ πρὸς τὰ ἐξῆς καὶ αὐτὰ πρὸς τὴν κρίσιν συντελοῦντα.

κα'.

Πολλὰ δὲ δεῖ καθαιρεῖν· ταῦτα δὲ οὔπω ἐγγὺς τῆς κρίσεως, ἀλλὰ προσωτέρω. δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσει πολλὰ ἄγειν, τοῖσιν δὲ κοπιώδεσι τὸ σύμπαν.

Ἡ^κ κρίσις, ὡς ἔφη, γίνεται τὸ πολὺ μετ' ἀγῶνός τε καὶ ταραχῆς ἀξιολόγου· τὸ δὲ τῆς ταραχῆς αὐτῆς βίαιον ἀναγκάζει τὴν φύσιν ἀποτριβεσθαι τὰ λυποῦντα καὶ πρὸ

1. de critic. diebus VIII.

fiant necesse est, ut in decimo tertio die per inferiores partes ducantur; in quarto decimo vero per superiores; id quod ad judicationem pertinet et ad ipsam est utile et accommodatum. Simili quoque modo quae die vigesimo fiunt, praeter ea quae deorsum feruntur; dictum est vigesimum criticum esse; quae autem inferius vergunt, ea per inferiora adducenda sunt, ut ipse monuit; sed jam ad ea quae deinceps sequuntur, quae ipsa quoque ad judicationem faciunt, transeamus.

XXI.

Multa autem purganda sunt eaque non prope judicationem, sed longius. In acutis autem raro multa ducenda sunt; in delassatis vero totum.

Judicatio, ut dictum est, cum certamine notabilique perturbatione plerumque fit; perturbationis autem violentia naturam ea quae infesta sunt etiam ante tempus cogit

Ed. Chart. VIII. [548.]

τοῦ καιροῦ. ἔστι μὲν γὰρ αὐτὴ δύναμις ἢ τῶν ἀλλοτριῶν ἐκκριτικὴ. ὁ καιρὸς δὲ τῆς ἐνεργείας ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεώς ἐστι. τότε γὰρ ἐνεργεῖ κατὰ φύσιν πάντων ἐπιτελουμένων, ὅταν ἐκείνη παύηται. ἀλλ' ἀναγκάζεται ποτε πρὸς τῆς τελείας πέψεως ἀποτριβεσθαι τὰ λυποῦντα, ὥσπερ καὶ ἐνίοτε συμπεπληρωμένης ἴδη τῆς πέψεως ἔτι μένει καὶ βραδύνει δι' ἀρῆουσιάν. ἢ μὲν οὖν ἀποκριτικὴ τῶν ἀλλοτριῶν δύναμις τὰς κρίσεις ἐν ταῖς νόσοις ἐργάζεται καὶ διὰ τοῦτο ἄριστα γίνονται κρίσεις, ὅταν ἤδη πεπεμμένα τὰ κατὰ τὸ ζῶον ὑπάρχη πάντα. τὸ δὲ πρότερον ὠθεῖσθαι μοχθηρὸν ἐστίν. ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρησιὰ, τοῦτο δὲ γίνεται τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης ἢτοι πρὸς τοῦ ἱατροῦ ἢ καὶ τῶν ἐν τῷ σώματι αὐτῷ περιεχομένων. ἀλλὰ οὐ μόνον ὁ ἱατρὸς δύναται αἰτίαν τοῦ σφάλματος παρέχειν, οὐκ ὀρθῶς πράξας, ἀλλὰ καὶ ὁ κάμνων καὶ οἱ ὑπηρεταὶ τὰ τ' ἄλλα τὰ ἰδίως ἕξωθεν προσαγορευόμενα. τὰ δὲ ἐν τῷ σώματι

extrudere: est enim virtus ipsa, qua aliena expelluntur ac tempus id agendi post finem ejus quae res alterat facultatis; tunc enim obit functionem suam omniaque secundum naturam absoluta sunt quum illa ab actione desistit. Verum cogitur interdum ea quae molesta sunt ante perfectam coctionem amoliri, sicut etiam interdum concoctione jam absoluta moratur et prae imbecillitate lente ad munus obeundum progreditur. Facultas igitur quae aliena expellit, ea est quae judicationes in morbis facit; proinde quum omnia ea, quae in animante sunt, jam concocta sint, tunc optimae judicationes fiunt; prius autem expelli ac judicationem praevenire, malum est, propterea quod cum iis quae noxia sunt etiam utilia excernantur; id quod fieri solet, quum natura vel a medico vel ab iis quae corpore continentur irritetur, quamquam non medicus solum afferre causam erroris possit, si quid minus recte fecerit, sed etiam aegrotus et ministri et alia, quae proprie externa nominantur, ut in ipso corpore of-

Ed. Chart. VIII. [548.]

τά τε¹ νοσήματα ἔστιν αὐτὰ καὶ τὰ τούτων αἷτια καὶ οἱ παροξυσμοί. εἰ οὖν ἐν τι² τῶν ἐρεθιζόντων τὴν φύσιν ἔστιν ὁ παροξυσμός, οὐκ ἐπιτρέπειν ἡσυχάζειν³ οὐδὲ μένειν, ἀλλὰ ἐπαγείρει καὶ κινεῖ καὶ ὡς προκαλεῖται πρὸς μάχην. καὶ ὡς ἡ φύσις βαρυνομένη ὑπὸ πλήθους περιττωμάτων καὶ τῶν λυπούντων χυμῶν ἀναγκάζεται πολλάκις ἀποτριβεσθαι, καὶ τοῦτο μοχθηρόν ἐστιν, εἰ⁴ πρὸ τοῦ περθῆναι αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖται καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ τῆς κρίσεως. οὕτω καὶ ἡμέτερον σφάλμα, εἰ τοῦτο αὐτὸ ἐγγὺς τῆς κρίσεως ποιήσομεν. διὸ χρὴ προσωτέρω παραμένειν καὶ τότε φύσεως μὴ ποιούσης ἡμᾶς ποιεῖν, φθάνοντας δὲ καθαίρειν οὐκ ἀγαθόν. ὁ δὲ προστίθησι· δεῖ δὲ ὀλιγάκις ὀξέσι πολλὰ ἄγειν, καλῶς εἶπεν. εἴρηται γὰρ ὅτι μόνον κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐγγωρεῖ ποτε καθαίρειν συμαφερόντως, ὡς ἐν μὲν τοῖς χρονίοις ἀναμένειν ἀεὶ χρὴ τὸν πεπασμὸν, ἐν δὲ τοῖς ὀξέσι δυνατόν ἐστι φαρμακεύειν κατὰ τὴν ἀρχὴν,

1. Corr. τε pro δὲ quod erat voci τὰ adjunctum. 2. Corr. ἐν τι pro ἐν τῆ. 3. l. I. aph. XXIV. 4. Corr. εἰ pro ἡ.

sendunt morbi causae et accessiones; ac si accessio sit, quae naturam stimulet, nullam quietem nullamque moram concedit, sed excitat movetque et tanquam ad pugnam provocat. Quemadmodum igitur natura pressa magna vi excrementorum et humorum infestantium cogitur saepe numero eos extrudere, idque malum est, si id antequam concocti humores sint et ante tempus judicationis faciat, ita nostrum erratum judicandum est, si idem prope judicationem fecerimus; quocirca expectandum est, ut longius a judicatione id fiat, ut si natura nihil tunc fecerit, nos faciamus, quod non bonum sit, si prius expurges. Quod autem addit: *raro autem in acutis multa ducenda sunt*, recte censuit: est enim explicata sententia, in morbis acutis solum in principiis interdum utiliter adhiberi purgationem posse, sicut in longis morbis semper est expectanda mutatio; in acutis vero etiam in principio medicamento purgante uti possumus, si turgeant, idque erit

Ed. Chart. VIII. [548. 549.]

ὅταν ὀργῆ, καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς περισκεύεως. κίνδυνος γὰρ οὐ μικρὸς ἐν ὄξει νοσήματι κακῶς φαρμακεῦσαι. διότι χρὴ τοῦτο βλέπειν τὸν ἰατρὸν, ἵνα μείζων ὠφέλεια ἐκ τῆς τῶν λυπούντων χυμῶν κενώσεως γένοιτο τῆς βλάβης, τὴν ἐξ ἀνάγκης βλάπτεται τὰ σώματα πρὸς τῶν καιθαιρόντων φαρμάκων. ἔσται δὲ μείζων ὠφέλεια εἰ πᾶς ὁ λυπῶν ἐκκενωθῆ χυμὸς μετ' εὐφορίας καὶ ἀλύπης. ὅταν δὲ μὴ μόνον¹ ὄξυ τὸ νόσημα εἴη, ἀλλὰ μετὰ πυρετοῦ σφοδροτάτου, πολλῶ μᾶλλον εὐλαβητέον ἐστὶ τὴν δόσιν² τοῦ καθαιρόντος φαρμάκου καὶ διὰ φλεβοτομίαν κενωτέον μᾶλλον, μικροτέρας μὲν ὠφελείας τῆς διὰ καθάρσεως ἐπομένης, ἀσφαλεστέρας δὲ μακροῦ, μεγίστης ἀποτυχίας τῆς διὰ καθάρσεως περιπιπτούσης καὶ μάλιστα ὅταν ἀπέιρως τις ἔχη τῆς τοῦ κάμνοντος φύσεως. ἔνιοι μὲν γὰρ εἰσι φύσει δυσκάθαρτοι, τινὲς δὲ ἐπὶ βραχείᾳ φαρμάκου δόσει δαφυλῶς καθαιρόνται. ἀγνοοῦντα δὲ ὅπως ἔχει φύσεως ὁ ἄνθρωπος κίνδυ-

1. de vict. rat. XI. 2. Corr. δόσιν pro πῶσιν.

magna animadversione faciendum; siquidem non mediocre periculum impendet, si quis in morbo acuto male medicetur, debet enim medicus hoc attendere, ut aeger majorem fructum ex noxiorum humorum evacuatione ferat quam noxam, qua corpora a medicamentis purgantibus necessario afficiuntur. Erit autem major utilitas, si omnis humor molestus cum tolerandi facilitate ac sine molestia evacuetur. Quum vero morbus non modo acutus sit, sed etiam vehementissimam [549] febrem adjunctam habeat, tunc multo magis ne purgans medicamentum demus vitandum erit, ac potius per venae sectionem facienda evacuatio, ex qua minor quidem exisset quam ex purgatione utilitas; multo tamen sit futura securior, quum maximum a purgatione periculum immineat; praesertim vero si quis naturam aegroti non cognitam habuerit, quidam enim ita natura comparati sunt ut aegre purgentur; quidam vero exiguo epoto medicamento copiose purgantur; at si hominis naturam ignores, periculum est ne

Ed. Chart. VIII. [549.]

νος ἢ πλείονα κείωσιν' ἐργάζεσθαι τῆς προσηκούσης ἢ οὐδ' ὅλως κινῆσαι τὴν κάθαρσιν, ἢ κινῆσαι μὲν, οὐ μὴν ἱκανῶς κενενῶσθαι· ἄπερ ἅπαντα μεγίστας βλάβας τοῖς ὀξέως ροσοῦσι φέρει. διὸ αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς¹ εἶπεν, ἐν τοῖς ὀξέσι πάθεισιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχαῖς φαρμακείαις χρῆσθαι, καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς εὐλαβείας. ἐν² δὲ τοῖς κοπιώδεσι τὸ σύμπαν ἄγειν δεῖ·³ ὅποτε δὲ τοῦτο ποιητέον, ἄκουε νῦν μου. ὄντος οὖν πλήθους διαίτου καὶ τοῦ μὲν πρὸς δύναμιν εἰς σηπεδόνα τε ῥηδίως ἀφικνούμενου καὶ μέντοι καὶ κατασκήπτοντος ἐνίοτε εἰς μόριά τινα, κὰν τούτοις ἐργαζομένου τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, ἐτέρου δὲ τοῦ κατὰ τὸ καλούμενον ἔγχυμα, ὅπερ καὶ κατασκήπτει πολλάκις εἰς μόρια καὶ γεννᾷ τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους καὶ τὰς ἀποπληξίας καὶ τὰς ῥήξεις τῶν φλεβῶν ἐργάζεται, πειρᾶσθαι χρὴ κενεῶν αὐτὸ διὰ ταχέων, πρὶν ἄρξασθαι μέγα κακὸν ἐργάζεσθαι περὶ τὸν ἄνθρωπον. ὅπως δὲ διαγινώσκειν καὶ ὅπως δεῖ ἰᾶσθαι

1. l. I. aph. XXIV. 2. de curat. per sang. miss. V. 3. Corr. δεῖ pro τί.

aut major quam par sit fiat evacuatio aut ne omnino purgatio moveatur; aut si moveatur, ut ne tamen quod satis sit evacuetur: quae omnia maximam in morbis acutis noxam afferunt, quae res fecit ut ipse in aphorismis hanc sententiam scriptam reliquerit: *in acutis morbis raro et in principiiis purgante medicamento uti oportere.* Atque id considerate admodum faciendum. In delassatis vero totum ducendum est, quando vero id faciendum sit, attende ut intelligas. Quum sit duplex plenitudo, altera quae ad vires referatur et ad corruptelam facile perveniat, atque etiam interdum partes quasdam petat et in eis tumores praeter naturam excitet, altera vero ad effusionem pertineat, quae saepe in partes irruit et tumores praeter naturam creat, ac morbos comitiales venarumque ruptiones efficit, conandum est eam celeriter evacuare, priusquam magnum aliquod in homine gignere malum incipiat. Sed quomodo utrumque dignoscere ac

Ed. Chart. VIII. [549.]

ἄμφω τὰ πάθη εἴρηται ἐπὶ πλέον κατὰ τὴν τῶν ὑγιεινῶν
πραγματείαν. διὸ περιττὴν ἠγοῦμαι τὴν αὐτὴν συγγραφήν.
ἰτίον οὖν ἐπὶ τὰ ἐπόμενα οὕτως ἔχοντα κατὰ λέξιν.

κβ'.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν εἰς ἄρθρα καὶ παρὰ γνάθους μάλιστα
ἀποστάσεις γίνονται, ἐγγύς τῶν πόνων ἐκάστου, ἐπὶ
τὸ ἄνω μᾶλλον καὶ τὸ σύμπαν. ἦν δὲ ἀργὸς ἢ νόσος εἴη
καὶ κατάρροπος, κάτω καὶ αἱ ἀποστάσεις· μάλιστα δὲ
πόδες θερμοὶ κάτω σημαίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἄνω.

Αἱ¹ ἀποστάσεις, φησὶ, γίνονται ἐν τοῖς πυρετοῖς εἰς
ἄρθρα καὶ γνάθους μάλιστα· συμβαίνει δὲ τοῦτο διὰ τὴν
ἐν τοῖς πυρετοῖς θερμοσίαν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομέ-
νου τοῦ πλήθους. εἴτ' ἐντεῦθεν τῶν περὶ τὰς γνάθους
ἀδένων ὑποδεχομένων αὐτὸ, καθάπερ ὅταν εἰς βουβῶνας ἢ
μασχάλας ἀφίκηται τι τῶν ἐν² ἐκείνοις τοῖς μέλεσιν. ὅσοι

1. l. IV. aph. XXXI. 2. Corr. ἐν pro εἰς.

curare affectum oporteat, in libris de tuenda sanitate co-
piosius explicavimus, quocirca de eadem re nunc scribere
supervacaneum existimo; igitur ad consequentem transibo
orationem, quae his fere verbis continetur.

XXII.

*In febribus ad articulos et maxillas maxime abscessus fiunt,
prope cujusque dolores ad superiorem partem magis et
in totum. Si vero morbus lentus fuerit et deorsum fe-
ratur, infra etiam abscessus fiunt, maxime autem pedes
calidi infra significant, frigidi vero supra.*

Abscessus, inquit, in febribus ad articulos maxillas-
que fiunt maxime, idque accidit, quia propter calorem
febris magna copia humorum sursum in caput tollitur,
quam postea inde ruentem glandulae maxillarum susci-
piunt, quemadmodum usu venit, quum e superioribus
partibus in inguina et alas quidpiam descendit; febres au-

Ed. Chart. VIII. [549.]

δὲ πυρετοὶ ἐν τῶν κόπων γίνονται, ἔχουσι καὶ ἴδιον ἑξαί-
 ρητον τὴν ἐν τοῖς ἄρθροις θερμότητα· ὥστε οὐδὲν θαυμα-
 στὸν εἰς τὰ ἄρθρα γίνεσθαι τὰς ἀποστάσεις, ὡς καὶ πε-
 πονηκότα καὶ τεθερμασμένα παρ' ἐτέρω τοῦ προσήκοντος.
 τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἶωθε μάλιστα ἐφ' ὃν τὸ πλῆθος αἰ-
 τιάζεται καὶ μᾶλλον, ὡς φησιν, ἐπὶ τὸ ἄνω, τουτέστι κατὰ
 τὴν κεφαλὴν διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. εἰ δὲ τὸ νόσημα
 κάτω ῥέπει, τότε καὶ αἱ ἀποστάσεις κάτω γίνονται. τού-
 του δὲ σημεῖον καὶ γνώρισμα τίθησι τὴν θερμότητα καὶ
 τὴν ψυχρότητα τῶν ποδῶν. ἐὰν γὰρ οἱ πόδες θερμοὶ ᾖσιν,
 ἐνδείκνυται κάτω ἔσομένην τὴν ἀπόστασιν. αἴτιον ὅτι πλῆ-
 θος κάτω φέρεται καὶ τὸν τόπον θερμαίνει. ἐὰν δὲ ψυ-
 χροὶ ἄνω, τότε γὰρ πάντα πρὸς κεφαλὴν ἀναφέρεται καὶ
 τὰ ἄκρεια, μάλιστα μὲν οἱ πόδες ἐκψύχονται. πῶς δὲ χρὴ
 ἀκούειν τὰ μέλη ἄνω καὶ κάτω εἶναι διώρισεν αὐτὸς ἐν
 τῷ ἔκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ὅταν φησὶν, εἰ καὶ τὰ κάτω τοῦ

1. in marg. vel οὐ.

tem omnes quae ex lassitudine ortae sunt, proprium quen-
 dam calorem habent in articulis excitatum, unde nihil
 mirabile fit, abscessus in articulos decumbere, quippe qui
 plus quam par sit laboraverint atque incaluerint. Id quod
 illis potissimum contingit, quibus plenitudo morbi causam
 attulit; ac magis, ut ipse ait, ad supernam partem, hoc
 est ad caput, propter eam causam quam attulimus. At si
 deorsum morbus vergat, tunc etiam abscessus in partes
 infernas descendunt, cujus rei signum ipse statuit pedum
 calorem et frigus. Nam si pedes calidi sint, abscessum in
 partibus infernis fore indicant; causa est, quia humorum
 copia deorsum comportatur, locumque illum calore per-
 fundit; si frigidi sint, in supernis abscessum futurum sig-
 nificant, quod eo tempore omnia sursum ad caput feran-
 tur, extremaque praesertim pedes refrigerentur. Quo-
 modo autem supernas infernasque partes in corpore esse
 debeamus intelligere, ipse in sexto de morbis vulgaribus
 declaravit, cum ait, an ea quoque quae infra jecur

Ed. Chart. VIII. [549.]

ἥπατος ἄνωθεν διαδιδόντα. ὄρον¹ γὰρ τίθησι τὸ² ἥπαρ τῶν ἄνω τε καὶ κάτω τοῦ σώματος ἀπάντων μορίων· τὰ γὰρ κυρτὰ αὐτοῦ τοῖ διαφράγματι ἐστὶ συνεξευγμένα. ὅσα οὖν ἐστὶν ἄνω τοῦ ἥπατος, ταῦτα καὶ ἄνω τοῦ διαφράγματος ἐστὶν, ὡς τὰ κατὰ καρδίαν καὶ πνεύμονα καὶ θώρακα καὶ τὸν τράχηλον καὶ πολὺ μᾶλλον τὴν κεφαλὴν. τὰ δ' ἄλλα πάντα κάτω τοῦ σώματος εἶναι βούλεται. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖστον αἱ ἄνω τῶν ἀποστάσεων εἰσι χαλεπώτεροι, διότι κινδυνωδέστερα ταῦτά ἐστι τὰ πάσχοντα τὸ αὐτὸ πάθος τοῖς κάτωθεν. πρόδηλον γὰρ, εἰ καρδία ἢ πνεύμων ἢ ἐγκέφαλος φλεγμῆνι, θανατιῶδες γίνεσθαι τὸ νόσημα, τῶν δὲ κάτωθεν τοῦ ἥπατος φλεγμηάντων ὀλίγοι πάνυ ἀποθνήσκουσιν, εἰ³ μὴ καλῶς θεραπεύονται. τοῦτο μὲν οὖν καὶ μαρτυρεῖται ὑπ' αὐτοῦ, ἔνθα φησὶν, ἦν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ καταστῆ τὰ ἄνω, ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν ἀγαθόν· ἦν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἦν μὴ ἐκπυήσῃ,⁴

1. Corr. ὄρον pro ὄρων.

2. l. II. in VI. epid. XIV.

3. Corr. εἰ pro οἱ.

4. Corr. ἐκπυήσῃ pro ἐκποιούσαι.

et supernis distributa sunt, ibi enim jecur esse terminum omnium supernarum infernarumque corporis partium statuit, convexa enim ejus pars septo transverso annexa est. Itaque omnia quae supra jecur sita sunt, eadem etiam supra septum transversum sunt collocata, ut cor, pulmo, pectus, collum ac multo etiam magis caput, cetera omnia infra in corpore esse voluit; ceterum abscessus in partibus superioribus ut plurimum difficiliores sunt; causa est, quia e partibus superioribus cum eodem affectu conflictantur, majus periculum quam ab inferioribus impendet. Perspicuum enim est, si cor aut pulmonem aut cerebrum inflammatio obsideat, mortiferum morbum esse, at si partes infra jecur sitae inflammatione tententur, pauci admodum mori solent, nisi male eis adhibeatur curatio; idque attestatur, quum ait, si autem ea, quae e superioribus partibus in articulos infra decubuerunt, infra umbilicum constiterint, bonum; si vero supra, non pariter

Ed. Chart. VIII. [549.]

ἐκεῖ γὰρ ἔχεις τὰς ἀποστάσεις εἰς τὰ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ χωρία γινομένης ἀγαθὰς εἶναι, τὰς δὲ εἰς τὰ ἄνω οὐκ ἀγαθὰς. ἐκλύειν δὲ αὐτῶν τι¹ τῆς κακίας, ἐὰν τοὺς ὄγκους ἐκπνέσκῃ συμβαίῃ, ὅσα δὲ νοσήματα διὰ τῶν ἀποστάσεων κρίνονται, γέγραφεν αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης κατὰ τὸ προγνωστικόν.

κγ'.

Οἷσι δὲ ἀνιστάμενοισιν ἐκ τῶν νόσων, αὐτίκα δὲ ἐν χερσίν² ἢ πρὸς πονέουσί τι, ἐν τουτέοισιν ἀφίστανται.

Οἱ ἀνακομίζοντες ἐκ νόσων οὐ πάνυ εὐρώστους τὰς δυνάμεις ἔχουσι, διὸ ἐὰν πονήσωσι καὶ πολλὰς καὶ σφοδρὰς κινήσεις ποιήσωσι, ῥαδίως βλάπτονται, μᾶλλον δὲ ἐὰν μὴ πάνυ καλῶς κεκαθαρμένοι ᾧσιν³ οἱ τὴν νόσον εἰργασμένοι χυμοὶ, καὶ τινα ἴσως καταλελειμμένα ἦ. ἴσμεν γὰρ ὅτι τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν ταῖς νόσοις μετὰ κρίσιν ὑποστρο-

1. Corr. τι pro τῆ. 2. Corr. χερσὶν pro χερσῶν. 3. l. II. aph. XII.

morbum solvunt, nisi suppuraverint; eo enim in loco habemus, abscessus qui in partes infra umbilicum decumbunt bonos esse, qui supra non bonos; atque malitiam ipsorum aliqua ex parte diminui, si tumores forte suppuraverint. Qui porro morbi judicari per abscessum consueverint, Hippocrates ipse in praeconiis conscripsit.

XXIII.

Quibus e morbis exsurgentibus statim sane in manibus aut pedibus dolores oboriuntur, in iis abscessus fiunt.

Qui ex morbo convalescunt, non admodum robustas vires habent, quocirca si in laboribus versentur ac multas vehementesque motiones obeant, facile laeduntur, ac majorem etiam noxam sentiunt, si humores morbum efficientes, non bene sint expurgati et quaedam fortasse reliquiae adhuc adsint. Scimus enim quae post judicatio-

Ed. Chart. VIII. [549. 550.]

φώδη ἐστίν. ὅταν οὖν ἐν τοιαύτῃ καταστάσει ἢ χεῖρες ἢ καὶ πόδες κάμνωσιν ἢ ὀδυνηθῶσιν, ἐκείσε τὰς ἀποστάσεις κατασηῆσαι¹ γράφει. πόνος μὲν αἰτίας ἔχει λόγον, ὀδύνη δὲ τοῦ σημείου καὶ οὐ θαυμαστὸν, ὡς ἔφη, εἰ μείζων γίνεται θερμοσία κατὰ τὸ μόριον καὶ ἡ ἀρρώστια αὐξάνεται τοῦ αὐτοῦ καὶ ὡς ὁδὸς τις γίνεται τοῖς περιτιώμασιν, ἵνα ἀπόστασις ἀποτελῆται. φαίνεται μὲν ἐνταῦθα καιροὺς τρεῖς τῶν ἀποστάσεων ἐπιτιθέναι· ἓνα μὲν ἐν ταῖς νόσοις, περὶ οὗ ἐν τῇ ἄνω ῥήσει, ἕτερον δὲ ἐν ταῖς ἀναλήψεσι, περὶ οὗ νῦν διαλέγεται· τρίτον δὲ πρὸ τῆς νόσου, περὶ οὗ ἔξῃς λέγει τόνδε τὸν τρόπον.

κδ'.

Ἄτὰρ καὶ ἦν τι πεπονηκὸς εἶη πρὶν ἢ νοσεῖν, εἰς ταῦτα ἀποστηρίζεται. οἷον καὶ τοῖσιν ἐν Περὶνθῳ βηγῶδεσι καὶ κυναγχικοῖσι, ποιοῦσι γὰρ αἱ βῆχες τὰς ἀποστάσεις, ὥσπερ οἱ πυρετοὶ τοιαύτας.

1. I. IV. aph. XXXII.

nem in morbis relinquuntur, recidivas excitare confuisse. Itaque quum in eo statu aut manus aut pedes laborarint aut dolore conflictentur, illuc irruere abscessus scribit. Labor enim causae rationem obtinet; dolor signi, ac non mirabile est, ut jam dixi, si major caliditas in parte accenditur ejusque imbecillitas augetur et tanquam via fit supervacaneis, ut abscessus gignatur. Hoc autem loco videtur tria abscessuum tempora constituere [550] unum in morbis, de quo egit oratione superiore, alterum, dum aegroti convalescunt, de quo nunc differit, tertium, quod morbos antecedit, de quo deinceps ad hunc modum loquitur.

XXIV.

Sed si qua pars ante morbum laboravit, ibi morbi sedes erit, ut accidit iis, qui Perinthis tussi et angina laborarunt: tusses enim non secus ac febres abscessus excitant.

Ed. Chart. VIII. [550.]

Εἰ¹ τις, φησὶ, πρὶν τοῦ νοσεῖν κάμνει τινὶ μορίῳ τοῦ σώματος, προσδέχεται χρῆ γενήσεσθαι τινα ἀπόστασιν εἰς ἐκεῖνο τὸ μέρος. ἐν ὅσοις γὰρ νόσοις μὴ προκρίνονται διὰ ἐκκρίσεως, ἐν ταύταις εἴωθε ἀποσιγήματα γίνεσθαι εἰς τὰ μέρη προπονημένα· ἀσθενέστερα γὰρ ὄντα τὸ πλῆθος τῶν χυμῶν μᾶλλον καὶ ῥᾶον προσδέχεται. τοῦτο δὲ νοήσεις κατ' ἐκείνας τὰς νόσους, ἐφ' ὧν ἐλπίσεις τὰς ἀποστάσεις γενέσθαι. παραδείγματι δὲ τὸ πρᾶγμα σαφηεῖ τῶν ἀρρώστων² τῶν ἐν Περίνθῳ βηχωδῶν καὶ κυναγχικῶν, ἐφ' ὧν εἰκὸς ἐστὶ τὰς ἀποστάσεις κατὰ τὸν τράχηλον καὶ κατὰ πνεύμονα ἢ καὶ τὸν θώρακα γεγενῆσθαι, ἐπειδὴ καὶ βῆχες τὰς ἀποστάσεις τοιαύτας οἷας καὶ πυρετοὶ ποιεῖν εἴωθασιν.

κε'.

Κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον συμβαίνει ἢ ἀπὸ χυμῶν ἢ σώματος συντήξιος καὶ ψυχῆς.

1. l. IV. aph. XXXIII. 2. τῶν ἀρρώστων pro τὸν ῥῶστον
Corr. posuit.

Si antequam quispiam in morbum incideret, aliqua corporis pars laboraverit, timendum erit ne aliquis in eam abscessus fiat; in omnibus enim morbis, qui prius per excretionem non judicantur, in iis abscessus decumbere in eas partes solent, quae prius laborarint: quum enim illae sint imbecilliores, etiam magis ac facilius humorum copiam excipiunt. Id quod in iis potissimum morbis intelliges, in quibus futuros abscessus suspicabere; ipse vero rem exemplis declaravit eorum qui in Perinthia urbe tussim aut anginam passi erant, in quibus verisimile est abscessus aut in cervice aut in pulmone aut etiam in pectore exortos esse, quando tusses abscessus tales faciant, quales etiam excitari a febribus solent.

XXV.

Eadem quoque ratione contingit vel ab humoribus vel corporis colliquatione et animi affectionibus.

Ed. Chart. VIII. [550.]

in eis manet et nativus corporis calor immutatur; atque
hi lienem habent natura imbecillum. Lien vero etiam
vel in molem affurgit vel intumescit vel inflammatione

Ed. Chart. VIII. [563.]

δὲ εἶπεν ἀπλῶς τὰ σπληνώδεα, εἰκότως ζήτησις ἐστὶν ὁποῖα πάθη σημαίνει. ἰστέον¹ δὲ ὅτι πάντα νοεῖσθαι ἐνταῦθα χρῆ, ἅπερ ἐκ τῶν μοχθηρῶν ἰδάτων γίνεται καὶ ὅσα ἐκ τῆς πόσεως αὐτῶν τε καὶ παντοίας χρήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν αἰτίων τε καὶ προφάσεων καὶ ὅσα ἐκ τῶν σπληνωδῶν γίνονται, ὡς οἱ ἕδρωμες, αἱ κῆλαι, αἱ λιθιάσεις, ὁ ἱκτερος καὶ τὰ τοιαῦτα. εἶτι δὲ καὶ σκίρροι καὶ φλεγμοναὶ καὶ ὕλως αἱ ἐμφράξεις τε καὶ συντήξεις. ὃ δὲ ἐπιφέρει, τὰ δὲ ἀπὸ πνευμάτων χρησιῶν τε καὶ κακῶν ἔρχονται, τοιαύτην ἔχει τὴν ἐννοίαν, εἶναι νοσήματά τινά ἅπερ ἐκ τῶν ἀνέμων τινῶν τὴν ἀρχὴν λαμβάνει. τίνες δὲ εἰσὶν οἱ ἀγαθοὶ ἢ κακοὶ ἀνεμοὶ αὐτὸς προῖὼν λέξει, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἶπε πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐπιδημιῶν βιβλίοις οὐκ ὀλίγα διήλθεν. ἄλλοι δὲ φασὶ τὸ ὄνομα τῶν πνευμάτων ἐνταῦθα μὴ τοὺς ἀνέμους σημαίνειν, ἀλλὰ τὸν ἀέρα, ὃν εἰσπιέομεν καὶ ἐκπνέομεν, καθ' ² ὃ σημαίνόμενον λελεκται ὑπὸ Ἱπποκράτους τὰς νόσους γίνεσθαι, τὰς μὲν ἀπὸ διαιτημά-

1. I. III. in prorrh. XXXIII. 2. de nat. hum. II.

tentatur. Verum quia dixit absolute lienosi, merito existit quaestio quosnam hic affectus velit intelligi. Scito autem hoc loco intelligendos esse omnes eos quos pravae aquae gignunt et qui ex illarum tum potione tum vero omni usu proveniunt et qui ex hisce causis atque occasionibus oriuntur et omnes qui ab affectibus lienis originem habent, cujusmodi sunt aquae inter cutem, herniae, calculi, morbus regius et qui sunt hujus generis, itemque cirrhi, inflammationes et omnino obstructions ac colliquationes. Quod vero subjungit: *alii a bonis ventis et nalis incipiunt*, habet hanc sententiam: quosdam morbos esse qui originem a certis ventis ducunt. Qui vero boni aut mali venti sint, ipse deinceps docebit, praeterquam quod in aphorismis multa de eis dixit et in libris de vulgaribus morbis non pauca memoravit. Alii volunt illo nomine πνευμάτων non ventos significari, sed aërem quem spiritu ducimus et mittimus; in qua significatione dictum ab Hippocrate est, morbos tum a victus ratione

Ed. Chart. VIII. [563.]

των, τὰς δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ εἰσαγόμενοι ζῶμεν· διότι
πολλάκις κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἢ βλάβη γίνεται, καθάπερ ἐν
τοῖς χαρωνίοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. τοῦτο δὲ ἐμοὶ μὲν
οὐ δοκεῖ, εἴρηται γὰρ περὶ τοῦ ἀέρος ἐπάνω. νῦν δὲ σα-
φῶς προετίθετο ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἐν ἀρχῇ· ἔστι μὲντοι
ἀληθὴς ἢ ἔννοια.

Ε΄.

Ἔρησι¹ δὲ οἶαι ἔσονται νοῦσοι καὶ καταστάσεις ἐκ τῶνδε.
ἦν αἱ ὄραι ὠραίως καὶ εὐτάκτως εὐκρινέως νόσους ποι-
έουσιν, αἱ δ' ἐπιχώριοι τῆσιν ὄρησι τοῦσοι δηλοῦσι τοὺς
τρόπους.

Τὰ οἰκτεῖα στοιχεῖα τῶν καταστάσεων ἐδιδάχθημεν ἡμεῖς
καὶ ἔλεγεν Ἰπποκράτης ἐν τῇ περὶ ὑδάτων² καὶ τύπων
καὶ ἀέρων· διαφέρουσι γὰρ οἱ ὄραι τοῦ ἔτους ταῖς ποιό

1. I. III. aph. VIII.

2. IV. de aëre etc.

tum a spiritu quem introducetes vivimus exoriri, id
quod illis placet, quia saepe homines propter aëris inspi-
rationem laedi solent, ut in locis quae charonia appellan-
tur, accidere perspeximus; hoc tamen mihi non probatur:
liquidem de aëre dictum est superius; nunc enim aperte
in ipso statim initio praeposuit hoc, alii ab aquis et ta-
men ea quoque est vera sententia.

V.

*Qualia fuerint tempora, tales etiam morbi erunt et ex
his constitutiones; si tempora tempestive et ordinate
progrediantur, morbos iudicatu faciles pariunt; vernacu-
culi autem temporum morbi indicant mutationes.*

Propria constitutionum elementa sunt jam a nobis de-
monstrata et eadem in libro de aëre, aquis et locis Hip-
pocrates docuit: anni enim tempora qualitatibus, ut hu-

Ed. Chart. VIII. [563.]

τησιν, ὡς τῇ ἰγρότητι καὶ θερμότητι καὶ ψυχρότητι καὶ ξηρότητι, ἐδείχθη γὰρ ὁ χειμῶν ὑγρότητι καὶ ψυχρότητι τὰς ἄλλας ὑπερβάλλειν. τὸ θέρους δὲ θερμότητι καὶ ξηρότητι.¹ ἐν δὲ τῷ ἡρι κρατεῖν οὐδέτερον κατ' οὐδετέρον ἀντίθεσιν οὔτε τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ οὔτε τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. ἀλλ' ἔστιν ὁμοιότης τῶν ὡρῶν ἀπασῶν ὅλης τῆς ἡμέρας ὡς πρὸς τὴν νύκτα μηδεμίᾳ μεγάλη μεταλλαγῇ εἴη ἐν αὐτοῖς. κατὰ δὲ τὸ φθινόπωρον ἔωθεν ψῦχος, περὶ μέσην τὴν ἡμέραν θάλλπος, ἐπὶ δὲ τῇ ἑσπέρῃ πάλιν κρύος τυγχάνει γεγονός. ὅμως δὲ ἐν αὐτῷ επικρατεῖ τὸ μὲν ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ καὶ τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ. αὕτη μὲν ἔστι κατὰστασις τῶν ὡρῶν κατὰ τάξιν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τοῖς ἔτεσι γινομένη, τὴν δὲ μεταβολὴν, ἥπερ κατὰ βραχὺ ποιεῖται, μόγισ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου οἱ ἄνθρωποι αἰσθάνονται. εἰ δὲ γένοιτο κατὰ μείζονα, τότε οὐδὲ ὡραίως, οὐδὲ εἰτάκτως αἱ ἄραι προϊοῦσι. τίνες οὖν αἱ δυνάμεις εἰσὶ τῶν εἰρημένων ποιότητων ἰγρότητος καὶ ξηρότητος, θερμότητος καὶ ψυχρότητος, διδάσκει αὐτὸς Ἰπποκράτης ἐν

1. Corr. in margine ἐδείχθη γὰρ — καὶ ξηρότητι adjecit.

miditate, caliditate, frigiditate ac siccitate differunt, atque hiemem alia tempora superare humiditate ac frigiditate ostensum est; aestatem caliditate ac siccitate; vere neutrum in neutra repugnantiae parte excellere neque siccum humido, neque calidum frigido, sed esse omnium totius diei ac noctis horarum similitudinem ac nullam magnam in illis fieri mutationem; autumno mane frigus, meridie aestum, vesperi frigus iterum vigere et tamen in ipso siccum humido et frigidum calido praestare, haecque est temporum ordinem suum servantium constitutio, quae in annis plerumque cernitur, atque homines eam mutationem quae paulatim fit vix toto tempore perferunt; quod si ea fiat major, tum neque tempestive, neque ordinate anni tempora procedunt. Quenam autem sint praedictarum qualitatum vires, ut humiditatis, siccitatis, caliditatis et frigiditatis, docet ipse in aphorismis, quum ait:

Ed. Chart. VIII. [563.]

ἀφορισμοῖς¹ λέγων· τῶν δὲ καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ ἀύχοι τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἤσσον θανατώδεις, νοσήματα δὲ ἐν ταῖς ἐπομβρίαις ὡς τὰ πολλὰ γίνονται πυρετοὶ τε μακροὶ καὶ κοιλίης ῥύσις καὶ σηπεδόνες, ἐπίληπτοι καὶ ἀπόληπτοι καὶ κινάγχα. ἐν δὲ τοῖς ἀύχοισι φθινάδεις, ὀφθαλμῖαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι· καὶ ταῦτα μὲν εἶπε περὶ τῆς καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα διαφορᾶς. περὶ δὲ τῆς κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα λέγει δὲ ὧν ἔγραψε περὶ τῶν βορείων τε καὶ νοτίων καταστάσεων, περὶ ὧν μετ' ὀλίγον ρηθήσεται. νῦν δὲ χρὴ ἡμᾶς διδαχθέντας τὰς πρώτας δυνάμεις τῶν καταστάσεων, οὕτω περὶ πασῶν καταστάσεων τῶν γενομένων ὁδοῦ καὶ τάξει προϊόντας, ὁποῖά τε γενήσεται νοσήματα εὐρίσκειν καὶ ὅπως αὐτὰ κωλυτέον ἐστὶν ἢ συστάνα θεραπευτέον. οὐ δεῖ δὲ ἀμελεῖν τῆς χώρας ἐν τούτοις, ἐπειδὴ καὶ αὕτη συνενδείκνυται τι πρὸς τὴν τῶν νοσημάτων πρόγνωσιν,

1. l. III. aph. XV.

ex anni constitutionibus in universum siccitates sunt imbribus salubriores et minus mortales. Imbribus enim morbi fere nascuntur hi, febres longae, alvi fluores, putredines, morbi comitiales attonitque et anginae; siccitatibus vero hi, tabidae lippitudines, articulorum dolores, urinae stillicidia: quae ab Hippocrate de ea differentia quae in humiditate siccitateque est dicta sunt; de ea vero quae in caliditate frigiditateque versatur loquutus est, quum de aquilonibus austrisque constitutionibus agit, de quibus paulo post differetur. Nunc vero quum primas constitutionum vires didicerimus, facta de omnibus iis quae accidunt constitutionibus conjectura, debemus via et ratione progredi sic, ut qui morbi futuri sint et quomodo prohiberi possint, aut si jam constiterint, quomodo curandi sint inveniamus, neque in his rebus disquirendis non est adhibenda diligentia, ut quod ad regionis naturam pertinet, intelligamus, propterea quod regio quoque aliud indicat, quod ad praenotionem morborum facit; sicut etiam

Ed. Chart. VIII. [563.]

ὡσπερ ἢ τε φύσις ἐκάστου καὶ ἡ ἡλικία καὶ τὸ ἐπιτήδευμα
καὶ ἡ διαίτα. τὰ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ τῆς φύσεως
καὶ κατὰ τὰς ἐξωθεν περιστάσεις ῥᾶον ἀλώσεται τοῖς ὑπὸ
τῆς ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς καταστάσεως ἐσομένοις νοσήμασι,
τὰ δὲ ἐναντία δυσχερέστερον. ἐὰν μὲν οὖν πᾶσαι αἱ τοῦ
ἔτους ὥραι τὴν ἰδίαν φύσιν φυλάττοιτο, αἱ νόσοι γενήσου-
νται εὐκρινέστατοι, ἦν δὲ μὴ, δύσκριτοι, τουτέστι κακόκριτοι.
τῶν γὰρ δυοῖν ἕτερον συμβήσεται, ἢ μετὰ κινδυνωδῶν συμ-
πιωμαίων τὰς κρίσεις γίνεσθαι, ἢ ὀλεθρίους ἢ καὶ τὸ τρί-
τον ὑποστροφᾶς ποιῆσθαι. περὶ δὲ τῶν ἐπιχωρίων ἔχεις
παρ' αὐτοῦ * * *

στ'.

Ὅτι δ' ἂν ἐξαλλάξῃ ἡ ὥρη, ὅμοια ἢ ἀνόμοια ἔσται τὰ νο-
σήματα, οἷα ἐν τῇ ὥρῃ ταύτῃ γίνεταί. ἦν δ' ὁμοίως
ἄγῃ, ἢ τοιουτότροπα καὶ ἐπὶ τοιοῦτο εἰλκυσμένα, οἷον
ἵκτερον φθινοπωρινόν, ψύχεα γὰρ ἐκ θαλπέων καὶ θάλ-
πος ἐκ ψύχεος.

ejusque natura, aetas, vitae institutum et victus ratio:
humidae enim frigidaequae naturae etiam propterea exter-
nas causas facilius in eos morbos cadent quos humida
frigidaque pariet constitutio, contrariae vero difficilius.
Itaque si omnia anni tempora suam naturam servarint,
morbos iudicatu facillimos parient; sin secus, difficiles,
hoc est qui male iudicabuntur: alterutrum enim horum
duorum continget vel ut iudicationes cum periculosis sym-
ptomatis conjunctae vel perniciosae sint vel hoc tertium
accidat, ut recidivae fiant. De morbis autem patriis ac
familiaribus habes quae ipse scripta reliquerit * * *

VI.

Ut autem tempus variabit, ita similes aut dissimiles morbi
erunt qui eo tempore oriuntur. Si vero similiter pro-
cedat, morbi quoque hujusmodi erunt et ad talem mo-
dum tracti, qualis est morbus regius autumnalis: fri-
gora enim ex caloribus et calor ex frigore.

Ed. Chart. VIII. [563. 564.]

Πῶς ἐξαλλάττονται αἱ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὕραι σαφῶς ἐδί-
δαξεν αὐτὸς ἐν τῇ περὶ ὑδάτων, ἀέρων καὶ τόπων. ἔτι δὲ
καὶ ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις καὶ οὐχ ἥμισυ ἐν τοῖς
ἀφορισμοῖς· ὡς ἐνθα φησὶν, ὅταν μὲν ὁ χειμῶν ἀρχμηρὸς
καὶ βορείος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον κατὰ
τὸ θέρος ἔσονται πυρετοὶ ὄξεις καὶ ὀφθαλμῖαι καὶ δυσεντε-
ρίαι. καὶ πάλιν εἰ μὲν ὁ χειμῶν ἔπομβρος καὶ νότιος γέ-
νηται, τὸ δὲ ἔαρ ἀρχμηρὸν καὶ χειμέριον, αἱ μὲν γυναῖκες,
ἧσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἔαρ, ἐκ πάσης προφάσεως ἐκτιτρώ-
σκουσι καὶ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις ὄιδε· γενομένης δὲ τῆς ἀγω-
γῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ ἀρχμῶν. καὶ πάλιν, γενομέ-
νου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ βορείου, ἄλλην
δὲ πάνυ ἀνώμαλον κατάστασιν ἐπὶ τοῦτοις γράφει ἐν ἀρχῇ
μὲν ψυχρὰν καὶ ὑγρὰν, ἐφεξῆς δὲ νότιον ἅμα ἀμετρίαις
ὑγρότησιν, ἀπὸ τῆς ἰσημερίας τῆς φθινοπωρινῆς ἄχρι δύ-
σεως τῶν πλειάδων. εἴτ' ἔφεξῆς ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἅμα
πνεύμασι βορείοις μεγίστοις, ὅλω σχεδὸν τῷ χειμῶνι, ἔπειτα

1. l. III. epid. III.

Quomodo anni tempora varientur, ipse in libro de
aëre, aquis et locis aperte demonstravit, itemque in li-
bris de morbis vulgaribus nec minus etiam in aphorismis,
veluti quum ait: *quum hiems squalida* [564] *aquilonaris-*
que fiat, ver pluvium et austrinum, tum aestate acutae
febres, lippitudines et difficultates intestinorum erunt. Et
quum ait: *si hiems pluvia et austrina sit, ver squalidum*
et hibernum, mulieres quibus sub ver partus instat ex
quavis occasione abortum faciunt. Et in libro de vulga-
ribus morbis hoc modo: *quum totus ille ductus ad au-*
strinum statum vergeret et cum squaloribus junctus esset;
et quum subdit: *quum autem totus annus frigidus, humi-*
idus aquilonarisque fuisset. Post has omnes constitutiones
aliam valde inaequalem subjunxit quae in principio fri-
gida humidaque fuit; deinde austrina cum humiditatibus
immoderatis juncta ab autumnali aequinoctio usque ad
vergiliarum occasum; deinceps vero frigida et sicca, in
qua venti aquilones maximi per totam fere hiemem spi-

Ed. Chart. VIII. [564.]

δὲ ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἄχρι κυνὸς ἐπιτολήν. ἐντεῦθεν δὲ καύματα μεγάλα μέχρις ἀριτοῦρου, καθ' ὃν ὕδατα νότια μέχρι τῆς ἰσημερίας. φησὶ δὲ ἐπικρατηκέναι ἐν αὐτῇ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν· ἄλλας δὲ πολλὰς ἀνωμάλους καταστάσεις, εἰρημένας ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις ἔστιν εὐρεῖν, περὶ ὧν οὐ χρὴ ἐν τῷ νῦν λέγειν, ἀλλὰ αὐτὸς καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς εἶπε, τὰς¹ μεταβολὰς τῶν ὥρῶν μάλιστα τὰς νόσους τίθειν· καὶ προστίθῃσι μεγάλας μεταβολὰς ἢ ψύξεως ἢ θάλψεως καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον τοῦτο ποιεῖν. προσεῖι δὲ γράφει καὶ τάδε, ἄπειρ καὶ ἄνωθεν εἴρηται. ἐν² τῆσιν ὤρησιν ὅτε τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὅτε μὲν θάλπος, ὅτε δὲ ψύχος ποιέη, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρὴ. κατὰ δὲ τὸ παρὸν φησὶ κατὰ τὰς μεταβολὰς τῶν ὥρῶν ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια γειέσθαι νοσήματα, ἐχρήν γὰρ ὅμοια ὡς πρὸς τὴν ὥραν, ἀνώμαλα δὲ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τε καὶ ἀναλλαγὴν. αὐτὸς δὲ τὸ παράδειγμα τῆς ἐξαλλαγῆς ἔθηκε τὸν ἰκτερον φθινοπωρινόν. δῆλον γὰρ ἔστιν ἰκτερον ἐκ τῶν

1. l. III. aph. I. 2. ibid. aph. IV.

rarunt; tum frigida et sicca usque ad caniculae exortum; inde magni aestus usque ad arcturum viguerunt, circa quem pluviae austrinae usque ad aequinoctium fuerunt, atque in ea frigidum et siccum superasse ceteras qualitates conscripsit. Licet etiam alias plerasque constitutiones in libris de vulgaribus morbis quae inaequales fuerint conscriptas intueri, de quibus loqui non est hujus loci ac temporis, imo vero etiam in aphorismis scriptum reliquit, *temporum mutationes maxime morbos gignere*; addiditque magnas mutationes aut frigoris aut caloris et alias ad harum proportionem idem efficere. Praeterea vero subdit haec de quibus est item supra dictum: *in anni temporibus, quum eadem die modo frigus modo calor viget, autumnales expectare morbos oportet*; in praesenti vero ait: *morbos similes aut dissimiles ex temporum mutationibus oriri*; deberent enim similes gigni, quatenus temporum postulat ratio; dissimiles vero qualis est mutatio atque varietas. Ipse vero exempli causa, ut varietatem cognosce-

Ed. Chart. VIII. [564.]

θερινῶν εἶναι νοσημάτων. εἰ οὖν τοιοῦτο τὸ φθινόπωρον εἴη ὡς ἀναλογώτερον τῷ θέρει ἔσται ἐν αὐτῷ τὰ θερινὰ νοσήματα, ἔκγονος γὰρ ἔστι τῆς χολῆς τῆς ὠχρᾶς, ἣν ἐν τῷ θέρει ἀκμάζειν ἴσμεν. γίνεται μὲν γὰρ ποιε τῆς χολῆς ταύτης ἀνάχυσις εἰς ὄλον τὸ σῶμα λόγῳ κρίσεως, ὡς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς αὐτὸς φησιν, ἕτερος πρὸ ἐβδόμης κακόν· αἴτιον δὲ τοῦ κακοῦ, ὅτι ἡ τοιαύτη σημαίνει κολύεσθαι τὴν χολὴν ἐκκαθαίρεσθαι τοῦ ἥπατος καὶ κενοῦσθαι διὰ τῆς γαστρὸς, ἐμφραττομένον δηλονότι ἢ φλεγμαινόντος αὐτοῦ. γίνεται¹ δὲ καὶ τοῦτ' τὸ σύμπτωμα κακοπραγούντος τοῦ σπλάγχνου, ἦτοι διὰ σκίρρον ἢ φλεγμονὴν ἢ καὶ ἔμφραξιν, ὧν τὰ δύο τελευταῖα δύναται γενέσθαι ἐξαίφνης. ἔστιν² ὅτε καὶ ἄλλη διάθεσις, πλὴν ἢ τοῦ ἥπατος τὸ πάθος ἐργάζεται. ὁρᾶται γὰρ καὶ χωρὶς κρίσεως καὶ μηδὲν ὅλως πεπονηότος τοῦ ἥπατος, ἐκχολούμενον ἐνίοτε τὸ αἷμα κατὰ τινα διαφθορὰν ἀλλόκοτον, ὁποῖαν καὶ αἱ τῶν θηρίων δῆ-

1. I. I. aph. LXI. 2. de loc. affect. VII.

remus, autumnalem morbum regium proposuit: planum enim est morbum regium de numero eorum esse qui aestate solent hominem invadere; itaque si autumnus talis sit, ut aestate proportionem respondeat, in eo morbi aestivi vigeant: gignet enim pallidam bilem, quam aestate vigere perspectum habemus; ea enim bilis quandoque in totum corpus diffunditur, idque ratione judicationis, prout ipse in aphorismis memoravit: *regius morbus ante diem septimum in malis habendus est*; causa mali est, quia hic abscessus nobis indicat prohiberi, ne jecur bile expurgetur, eamque per ventrem excerni, jecore nimirum obstructo aut inflammatione obfesso; hoc etiam symptoma fit viscere ipso male affecto aut quia scirrhum aut quia inflammationem aut quia obstructionem patiat, quorum duo postrema fieri derepente possunt. Quandoque vero alia quam jecoris affectio eundem affectum pariet, propterea quod etiam citra judicationem atque ullam profus jecoris affectionem sanguinem bile in affectum ex qua-

Ed. Chart. VIII. [564.]

ξεις ποιούσιν, ἄσ¹ ἡμεῖς τῇ πόσει τῆς θηριακῆς ἀντιδότου
θεραπεύειν εἰώθαμεν, ὡς καὶ τὰς ἄλλας τῷ χολαγογῶ φαρ-
μάκῳ καθῆραι.

ξ'.

Καὶ ἦν τὸ θερινὸν χολοΐδες γένηται καὶ αὐξηθὲν ἐγκατα-
λειφθῆ καὶ ὑπόσπληνοι.

Εἰ² τῷ θέρει αὐξεται ἡ χολή διὰ τὸ παρὰ φύσιν
ἐκθερμαίνεσθαι τὸ σῶμα κατὰ τὴν ὥραν τὴν θερινήν, τοῦτο
γὰρ ἔγραψεν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. τοῦ
δὲ θέρους, φησὶ, τὸ τε αἷμα ἰσχύει ἔτι καὶ ἡ χολή αἰρεταί
ἐν τῷ σώματι καὶ παρατείνει εἰς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ
τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται, ἐναντίον γὰρ
αὐτέῳ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡ δὲ χολή τὴν θε-
ρίην κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. ἐὰν μὲν οὖν ἡ

1. Cont. Jul. VIII. 2. de nat. hum. XXXIV.

dam absurda corruptela perspicimus, qualem morsus fera-
rum afferre solent, quam nos curare eo antidoto, quam
theriacam vocamus, sicut alias medicamento quod bilem
ducat purgare consuevimus.

VII.

*Et si aestas biliosa fiat bilisque aucta intus relictā sit,
etiam aliquantulum lienosi fiunt.*

Bilis aestate augetur, propterea quod corpus praeter
naturam aestivo tempore excalescit, id quod ipse in libro
de natura humana conscripsit his fere verbis: *aestate, in-*
quit, sanguis adhuc robur obtinet et bilis sese extollit in
corpore et usque ad autumnum manet; sanguis vero exi-
guus redditur, quod ei sit autumnus natura contrarius;
bilis autem et aestivo tempore occupat corpus et autumnō.
Si igitur bilis per aestatem aucta intus in autumnō sit

Ed. Chart. VIII. [564.]

χολή αυξηθείσα κατὰ τὸ θέρος ἐγκαταλειφθῆ, ἐν τῷ φθινοπώρῳ τότε τὰ νοσήματα ἐκ τῆς χολῆς γενήσεται. καὶ οὐδὲν κωλύσει τὴν γένεσιν αὐτῶν ἢ ὥρα τοῦ ἔτους. ἐπειδὴ γὰρ μεταβέβληται ἢ κατάστασις, οὐ θαυμαστὸν καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὥρῶν νοσήματα ἐν ἐκείνῃ γενέσθαι.

ἢ.

“Ὅταν οὖν καὶ ὁ ἀῆρ οὕτως ἀγάγη, καὶ ἦρος γίνονται ἴκτεροι. ἐγγυιάω γὰρ αὐτῇ ἢ κίνησις τῇ ὥρῃ κατὰ τοῦτο τὸ εἶδός ἐστιν.

Ὡσπερ ἐν τῷ φθινοπώρῳ γίνεται θερινὰ πάθη, ὅταν ἢ φθινοπωρινὴ ὥρα εὐκυνῖα εἴη τῇ θερινῇ, οὕτω καὶ εἰ τοῦ ἔαρος ἀγωγή ὁμοία ἢ τῇ τοῦ θέρους, συμβήσεται τὸ αὐτό. ὁ γοῦν ἴκτερος ἐκ τῆς χολῆς ἢ ὠχρεῖς ἢ ξανθῆς γινόμενος, ἤπερ κατὰ τὸ θέρος πλεονάζει, γενήσεται καὶ ἐν τῷ ἔαρι, εἴπερ αὐτῇ ἢ ὥρα τὴν τοῦ θέρους φύσιν φυλάττη. τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὸ αἷμα αὔξεται· καὶ εἰ τὸ σῶμα παρὰ

relicta, tunc morbi a bile exorti homines corripient et eorum ortum anni tempus nihil prohibebit, quum enim sit mutata constitutio, haud mirum est, si aliorum temporum morbi in illa moriantur.

VIII.

Quum igitur et ver ita processerit, tum vere etiam morbi regii nascentur: hic enim motus est secundum hanc speciem tempori anni proximus.

Quemadmodum autumnno aestivi morbi oriuntur, quum autumnale tempus sit aestivo persimile, ita si veris progressus sit statui aestivo similis, idem usu veniet. Ergo morbus regius ex bile aut flava aut pallida quae aestate redundat exortus, etiam vere proveniet, si modo illud tempus naturam aestatis servarit: etenim vere sanguis augetur, ac si corpus praeter naturam excalefiat, bilem

Ed. Chart. VIII. [564. 565.]

φύσιν θερμαίνονται, τὴν γολὴν ἀθροίζει, ἐξ ἧς τὰ θερινὰ νοσήματα συνίσταται, φησὶ γὰρ εἶναι τὴν κίνησιν ταύτην ἐγγυτάτω τῇ ὥρῃ τῇ θερινῇ δηλονότι. ἔστι γὰρ ἐν τῷ ἀμφῶν μεταξὺ τοῦ τε ἡρος καὶ τοῦ φθινοπώρου τὸ θέρος καὶ τοῦ ἡρος λήγοντος ἢ ἀρχῇ τοῦ θέρους.

θ'.

Ὅταν δὲ θέρος γίνηται ἡρι ὅμοιον, ἰδρωϊτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καὶ εὐτροποι καὶ οὐ κατόξεις, οὐδὲ κατάξηρος γλώσσησιν.

Εἴρηται ἤδη ὅτι αἱ κράσεις τῶν ὥρῶν καὶ οὐ προσηγορίαι αὐτῶν αἰτίαι εἰσὶ τῶν νοσημάτων. ὅταν οὖν αἱ ὥραι τὴν ἰδίαν φύσιν φυλάττωσιν, τότε κατὰ τὰς ὥρας καὶ εὐσταθείς, ὡς αὐτὸς ἐν ἀφορισμοῖς¹ ἔλεγε, καὶ προσηκόντως αἱ νόσοι γίνονται. ὅταν δὲ αὗται μεταπέσωσι καὶ τὰ νοσήματα ἐξ ἀνάγκης συμμεταπίπτει, ἐπειδὴ τῇ τῆς ὥρας

1. l. III. aph. VIII.

coacervabit, ex qua morbi aestivi proficiscuntur, hunc enim motum esse tempori anni, hoc est aestivo, omnium dicit; nam aestas est inter ver et autumnum media interjecta et quum ver definit, aestas incipit.

IX.

At quum aestas sit veri similis, sudores in febris et febres facile et non peracutae, neque peraridae linguis fient.

Est jam supra dictum, non appellationem, sed temperaturam anni temporum in causa esse, cur morbi oriantur. Quum igitur tempora propriam naturam fervabunt, tum morbi convenienter temporibus ipsis statim ac certi, [565] et ut convenit, fient; quum vero tempora de suo statu deflectunt, etiam morbi necessario de suo cursu declinant, propterea quod statum temporis consequuntur.

Ed. Chart. VIII. [565.]

καταστάσει ἔπεται. ὥσπερ οὖν εἶπεν, ὅταν τὸ ἔαρ ἐστὶ τῷ
 θέρει ὁμοιον, προσδεκτέον εἶναι τὰ θερινὰ νοσήματα, οὕτω
 καὶ αὐτὸ. εἰ τὸ θέρους γένοιτο ὁμοιον τῷ ἤρῳ, προσδέχε-
 σθαι χρὴ πολλοῖς ἰδρωῖτας ἐν τοῖς πυρετοῖς. τὸ γὰρ ἔαρ
 θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἐστίν, οὐ κρατεῖ δὲ οὐδέτερον ἐν αὐτῷ
 κατὰ ἀντίθεσιν τινα, οὔτε τοῦ ξηροῦ τὸ ὑγρὸν οὔτε τοῦ
 θερμοῦ τὸ ψυχρὸν· καὶ ἕτερον μὲν τούτων, τουτέστι τὸ
 θερμὸν, ἐν τῷ θέρει ἐστὶ, τὸ δὲ ἕτερον ἐν τῷ χειμῶνι, λέ-
 γω δὴ τὸ ὑγρὸν· ἰδρωῖτες δὲ πολλοὶ οὐ δύνανται γίνεσθαι,
 εἰ μὴ θερμὸν ἢ τὸ παρέχον, ὅπερ κοινὸν τῷ τε ἤρῳ καὶ τῷ
 θέρει εἶναι δοκεῖ, διαφερόντως δὲ καὶ εἰ μὴ ὑγρότης τις ἐν
 τῷ σώματι περιτιτεῖ, ὅπερ ἀλλότριόν ἐστι τῆς τοῦ θέρους
 φύσεως, κοινὸν δὲ καὶ τῷ ἤρῳ καὶ τῷ χειμῶνι· ὥστε κατὰ
 τὸν λόγον ἐν τῇ ὁμοίᾳ τῷ ἤρῳ θερινῇ καταστάσει πολλοὶ
 ἰδρωῖτες γίνονται. τὸ γὰρ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν προϊὸν θέρ-
 ρος, ὃ ἰκανῶς ἀρχμηρὸν εἶωθεν εἶναι, διαφορεῖ τὰς ὑγρό-
 τητας περιτιτὰς, τὰς ἐν τῷ χειμῶνι τε καὶ ἤρῳ συναθροί-

1. l. III. aph. VI.

Itaque sicut dixit, quum ver sit aestati simile, tunc mor-
 bos aestivos expectandos esse; sic modo, si aestas fiat
 veri similis, multos sudores in febribus fore: ver enim
 calidum humidumque est, neque quidquam in eo per
 ullam partem repugnantiae dominatur, ut neque sicco
 humidum praestet, neque calido frigidum; horum autem
 alterum, hoc est calidum in aestate est, alterum hoc est
 humidum hiemi etiam tribuitur. Copiosi vere esse sudo-
 res non possunt, nisi aër nos ambiens calidus sit, id
 quod et veri et aestati esse commune apparet; sed tamen
 varia ratione; ac nisi humiditas quaedam in corpore re-
 dundet, quod est ab aestatis natura alienum, estque et
 veri et hiemi commune, ex quo fit ut in statu aestivo,
 qui sit verno similis, copiosi sudores merito dimanent: ae-
 stas enim quae secundum suam naturam procedat; quae
 quidem satis squalida esse consuevit, supervacaneas humi-
 ditates per halitum digerit, quae nimirum hieme vereque

Ed. Chart. VIII. [565.]

ζομένης, τὸ δὲ ἦρι ὅμοιον διὰ μὲν τὴν θερμασίαν ἔλκει πρὸς τὰ ἕξωθεν, διὰ δὲ τὴν πολλὴν ἰγρότητα, τὴν ἐπὶ πλέον ἐγκαταλειφθεῖσαν, οὐ δύναται τὸ ἐκλυσμένον ἀτμοειδῶς διαφορεῖν, ὅθεν ἔπιεσθαι δοκεῖ ὅτι τὸ ὑγρὸν ἅπαν ἐκκρινόμενον περὶ τὸ θερος ἐν ταῖς τῶν νόσων κρίσεσι πολλοὺς ἰδρωθίας ποιεῖ, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι κατοξεῖς αἱ νόσοι, αἱ ἄλλως ὀξεῖς εἶναι ἀναγκάζονται, οὔτε τὴν γλῶτταν ξηρὰν ἐργάζονται, οὐ γὰρ ἐστὶ σφοδρὰ θερμασία τις ἀνάλογον τῇ θερει, ἐπεὶ αὐτὸ οὐ τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἦρος φίσιν φυλάττει. οὐκ οὖν κατακαίει οὔτε καταξηραίνει τὴν ὕλην, ὡσπερ τὸ θερινὸν θάλλπος· ὅπερ καὶ ἄνευ πυρετοῦ τὴν γλῶτταν ξηραίνει.

ι.

Ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ καὶ ὀπισθοχειμῶν, χειμεριναὶ καὶ αἱ νόσοι καὶ βηχῶδες καὶ περιπνευμονικαὶ καὶ κυναγχικαί.

sint coacervatae; quae vero sit veri similis, ea propter calorem ad extimas partes trahit; verum propter magnam vim humiditatis quae intus in corpore est copiosius relicta, id quod traxit, discutere atque dissolvere in vaporis speciem non potest; ex quo sequi videtur ut humiditas, dum tota per aestatem in judicationibus excernitur, multos sudores efficiat, eadem causa facit, ut morbi neque peracuti sint, quos alioqui esse acutos necesse esset, neque aridam linguam reddant: si quidem non est vehemens quidam calor, qualis in aestate esse solet, quando haec ipsa non suam, sed veris naturam servat; proinde fit ut neque adurat materiam, neque exsiccat, prout aestivus calor facit, qui etiam citra febrem linguam exsiccat.

X.

Quum vero hibernum ver fiat et postremum hiemis tempus hiberni autem morbi et tussis et peripneumoniae et anginae existunt.

Ed. Chart. VIII. [565.]

Εικότως εἶπε τὰς χειμερινὰς νόσους κατὰ τὸ ἔαρ ἔσεσθαι, εἰ αὐτὸ χειμερινὸν εἶη. τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον ἔχεις καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὥρων. ὡς ὅποια ἦν ἡ μεταβολή, τοιαῦτα καὶ νοσήματα γένοιτο. τοῦ δὲ χειμῶνος γίνεσθαι εἶωθε τὰδε, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες καὶ ἄλλα πολλά. εἰ¹ μὲν οὖν χειμέριον γένηται τὸ ἦρ, δεόντως αἱ χειμεριναὶ νόσοι γενήσονται. τοῦ χειμῶνος γὰρ περιπνευμονίαι τε καὶ πλευρίτιδες συνίστανται διὰ τὸ κρύος βλαπτομένων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων· καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν αἱ βῆχες καὶ οἱ πόνοι τῶν πλευρῶν καὶ κόρυζαι καὶ βράγχοι γίνονται. ἐκεῖ γὰρ ἡ φύξις τὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα βλάπτει. ἐνταῦθα δὲ τὴν κεφαλὴν. λέγει δὲ καὶ κυνάγχας τότε γίνεσθαι. εἰ καὶ φθινοποριζὸν νόσημα ἦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἦρος εἶναι δοκεῖ, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς καταριθμίζει. τοῦ μὲν ἦρος, φησὶ, τὰ μελαγχολικὰ καὶ τὰ μανικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ καὶ αἵματος φύσεις καὶ κυνάγχαι καὶ κόρυζαι καὶ τὰ λοιπὰ. ὡς κυνάγχας μὲν

1. III. aph. XXIII.

Merito dixit hibernos morbos fore verno tempore, si ver hibernum fuerit; eadem enim tibi suppetet aliorum temporum ratio, ut qualis sit mutatio, tales etiam morbi excitentur, atque hieme quidem hi solent oriri, pleuritides, peripneumoniae, gravedines, raucitates, tusses et alia item permulta genera; quocirca si ver fuerit hibernum, convenienter quoque ei tempestati morbi hiberni existent: etenim hieme fiunt peripneumoniae et pleuritides, quod instrumenta respirationis propter vim frigoris laeduntur; ob eandem causam febres, dolores costarum, gravedines raucitatesque fiunt; nam ut illic instrumenta respirationis, ita hic caput frigus laedit. Ait vero illo item tempore anginas fieri, licet angina morbus autumnalis sit, quamquam esse etiam vernus videtur, ut ipse in aphorismis adnumeravit. Vere, inquit, *insaniae, melancholiae, morbi comitiales, sanguinis profluvia, anginae, gravedines etc.* Angina vero fit autumnis ex humoribus biliosis in fauces

Ed. Chart. VIII. [565.]

κατὰ τὸ φθινόπωρον γίνεσθαι¹ ἐκ τῶν χολωδῶν χυμῶν κατασκηπτόντων εἰς τὴν φάρυγγα. κατὰ δὲ τὸ ἔαρ ἐπὶ τοῖς φλεγματωδεστέροις πως χυμοῖς συνίστασθαι, τοῦ² πλήθους τῶν περιτωμάτων ἀνελθόντος εἰς φάρυγγα ἢ τῶν ἐκ κεφαλῆς ῥευμάτων ἐν φάρυγγι στηριχθέντων.

ια'.

Καὶ φθινόπωρον ἦν μὴ ἐν ὥρῃ καὶ ἐξαίφνης χειμάση, μὴ συνεχῶς τοιαύτας νόσους ποιέει διὰ τὸ μὴ ἐν ὥρῃ ἦρχθαι, ἀλλὰ ἀνώμαλα γίνεσθαι. διόπερ καὶ αἱ ὥραι ἄκριτοί τε καὶ ἀκατάστατοι γίνονται, ὥσπερ καὶ αἱ νοῦσοι, εἴαν προεκρηγνύωνται ἢ προεκκρίνωνται ἢ ἐγκαταλείπονται· φιλυπόστροφοι γὰρ καὶ αἱ ὥραι γίνονται, ὥσπερ αἱ οὕτω νόσοποιέουσαι.³

Ἄρχὴν λαμβάνει τὸ φθινόπωρον ἀπὸ τῆς τοῦ ἀρκτούρου ἐπιτολῆς, ἢ γίνεται πρὸ τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας,

1. l. III. aph. XXII. 2. ibid. aph. XVI. 3. in marg. vel νοσοποιεούση.

decumbentibus; vere autem ex humoribus pituitosioribus constiat, quod excrementorum magna vis sit ad fauces comportata vel quod destillationes a capite in faucibus impactae firmataeque sint.

XI.

Autumnus quoque si non in tempore ac derepente hibernarit, non assidue tales morbos facit, propterea quod non in tempore incipiat, sed inaequaliter fiat; ideo etiam tempora judicatione vacantia et inconstantia fiunt, quemadmodum morbi quoque, si praerumpant aut prius excernantur aut intus relinquantur; recidivas quoque tempora faciunt, sicut et morbos ita pariunt.

Autumnus ab arcturi exortu sumit initium; oritur autem arcturus ante autumnale aequinoctium, sicut etiam

Ed. Chart. VIII. [565.]

ὡσπερ καὶ ἡ ἀρχὴ μὲν τοῦ ἤρος εἶναι δοκεῖ ἢ κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν ἰσημερία. τελευταίη δὲ τῶν πλειάδων ἐπιτολή, ἴσμεν δὲ καὶ ταύτην εἶναι τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ὡς καὶ τοῦ θέρους τελευταίην καὶ ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου ἐπιτολήν τοῦ ἀρκτοόρου, προλαμβάνουσαν τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν ἡμέραις ὡς δώδεκα. ἤδη δὲ καὶ ἡ τῶν πλειάδων δύσις ἐστὶν ἄχρι τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ φθινοπώρου τελευταίη. εἰάν οὖν τὸ φθινόπωρον μὴ ἐν ὥρῃ, τοιτέστιν οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης χειμάσῃ, ἤγουν πρὸς τὸν χειμῶνα τρέπεται καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος κατάστασιν λάβῃ, τότε αἱ φθινοπωριναὶ νόσοι οὐ συνεχῶς ποιεῖται· αἴτιον ὅτι μὴ ἐν ὥρῃ ἤρχθαι, μήτε κατὰ καιρὸν, οὔτω γὰρ αὐτὸς γράφει ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν Θάσῳ πρὸ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισί γε πολλοῖσιν, ὕγροι καὶ προεκρηγνύμενοι. διὰ μὲν οὖν τὴν κακοχημίαν τῆς ὥρας καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀνώμαλον κρῆσιν καὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ καὶ πλάνητες καὶ

veris principium censetur aequinoctium, quod eo tempore accidit: finis est ortus vergiliarum; hunc vero ortum esse aestatis initium, sicut esse finem aestatis et principium autumnus ortum arcturi, qui autumnale aequinoctium diebus fere duodecim anticipat, perspectum habemus; quin etiam occasus vergiliarum est hiemis initium et autumnus finis. Si igitur autumnus non in tempore, sed derepente hibernabit, hoc est ad hiemis naturam verget hiemisque constitutionem nanciscetur, tunc morbi autumnales non assidue excitabuntur; causa est, quia in suo tempore non incepit, neque item opportune. Ipse enim in primo de vulgaribus morbis ita scriptum reliquit: *in Thaso ante autumnum frigora non in tempore, sed repente aquilone austroque multum spirantibus, humida et quae prius proruperunt*: nam propter humorum malitiam quae eo tempore est et propter inaequalem aëris temperaturam, quartanae erraticaeque febres, lienes, aquae inter cutem,

Ed. Chart. VIII. [565. 566.]

σπλήνες καὶ ὕδρωπες καὶ φθίσεις καὶ¹ στραγγουρίαί καὶ
 λειυτερίαι καὶ δυσεντερίαι καὶ ἰσχιάδες καὶ κυνάγχαι καὶ
 ἄσθματα καὶ εἴλεοι καὶ ἐπιληψίαι καὶ τὰ μαρτικά, ἔτι δὲ
 καὶ καρδιαλγία καὶ φρίκη καὶ ὅλως τὰ μελαγχολικά· ἄπονα
 γὰρ ἔπεται ταῖς προειρημέναις αἰτίαις καὶ σχεδὸν γίνεται
 ἐκ τῆς μελαίνης χολῆς, γινομένης δηλονότι ἢ ἐκ τῆς ξαν-
 θῆς ὑπεροπτηθείσης ἢ ἐκ τοῦ παχέος αἵματος. ἐπεὶ καὶ
 αὐταὶ εἰσιν ὡς ἡ τοῦ αἵματος ἰλὺς, πλάνητες μὲν διὰ
 τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κράσεως γίνονται. ὡς καὶ σπλήνες με-
 γάλιοι διὰ τὴν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ περιουσίαν², ἢ
 στραγγουρία δὲ διὰ τὴν ξηρότητα καὶ ψύξιν. καὶ γὰρ ψύ-
 χεται ἢ κύστις ἐν ταῖς μεταβολαῖς, αἱ αἰτάτως τε καὶ
 ἐξαίφνης γίνονται, ὡς καὶ ἰσχιάδας διὰ τὴν κακοήθειαν
 τοῦ χυμοῦ καὶ τὴν ψύξιν γίνεσθαι μάλιστα γνωρίμων
 ἐστίν. ὅτι³ δὲ αἱ ὄραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι εἰσι, διὰ
 τοῦτο καὶ τὰ ἄσθματα διὰ τὴν ἔσω κίνησιν τῶν χυμῶν

1. l. III. aph. XXVII. 2. Corr. περιουσίαν pro πλεό-
 θουσίαν. 3. l. III. aph. XXII.

tabes, urinae stillicidia, levitates intestinorum et eorun-
 dem difficultates et coxendicum morbi et anginae et su-
 ppiria et tenuioris intestini morbus et comitialis et insa-
 nia; itemque dolor cordis, horror et uno verbo melan-
 cholici morbi oriuntur; qui sane omnes ex praedicta causa
 proveniunt atque ortum fere ex atra bile ducunt, quae
 nimirum aut ex flava nimium affata aut ex sanguine crasso
 facta sit; quando ipse quoque sit velut fex sanguinis quae-
 dam; erraticae vero febres propter inaequalem tempera-
 turam oriuntur, ut lienes magni ex melancholici humoris
 redundantia redduntur. Urinae stillicidium gignit siccitas
 et refrigeratio, siquidem vesica in mutationibus iis quae
 sine ordine et repente fiunt refrigeratur. [566] Coxendi-
 cum porro dolores tum a malitia humorum tum a refri-
 geratione potissimum excitari perspicuum est; quia autem
 tempora vacant iudicatione suumque statum non servant,
 ideo asthma tum propter motum ad interiora tum pro-

Ed. Chart. VIII. [566.]

καὶ τὴν ψύξιν γίνονται, ὡς εἰκὸς¹ ἐν τῇ ψύξει καὶ ἀνωμαλίᾳ καὶ κακίᾳ τοῦ καιροῦ² κακοῦσθαι τὰ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ἔντερα, ὡς καὶ λειεντερίας καὶ εἰλέους καὶ δυσεντερίας γενέσθαι. ἐπειδὴ δὲ θάλπος ἐν τοῖς μέσοις τῆς ἡμέρας, ψῆχος δὲ ἐν τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς τελευταίοις αἰσθανόμεθα, οὐδὲν θαυμαστὸν τὰς ἐπιληψίας εἰσβάλλειν τότε, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῖς ἐπιτηθείαις πρὸς τὸ πάθος ἔχουσι, μακρὰ δὲ πάθη συνίστανται ἐπὶ τῇ κακοηθείᾳ τῇ ἐν τοῖς λεπτοῖς χολαῖσι χυμοῖς, τὰ μελαγχολικὰ δὲ διὰ τὴν μέλαιναν χολὴν, ἧς ἢ³ φορὰ κατὰ τὸ φθινόπωρον ἀθροίζεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῆς ὥρας κακίαν καὶ τὴν ἀνωμαλίαν κράσεως τοῦ περιέχοντος οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ καρδιαλγία καὶ τὸ φρικῶδες καὶ τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν φθινόπωρινὴν ὥραν ἐπικρατεῖ. εἴρηται δὲ ἡμῖν ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγήσει περὶ τῶν ἀπάντων τῶν νοσημάτων τε καὶ τῶν συμπτωμάτων τῶν κατὰ τὸ φθινόπωρον συμβαινόντων. εἴρηται δὲ καὶ τινα κατὰ

1. Corr. εἰκὸς pro εἰκώς. 2. Corr. κακοῦσθαι pro κακοῦς δέ. 3. Corr. ἧς ἢ pro εἰσὶ.

pter refrigerationem fiunt; sicut etiam probabile est in refrigeratione, inaequalitate, malitiaque temporis vitari ventrem atque intestina; lienteriae, dysenteriae et tenuiores intestini morbi oriantur. Quoniam autem calorem meridie et frigus mane et vesperi persentiscimus, haud mirabile est, si comitiales morbi interdum in hominem irruant; praefertim vero si cui ita sit natura comparatum, ut in huiusmodi morbum cadat. Infantiae autem morbi ab ea malitia quae in tenuibus humoribus biliosis inest, nasci solent; melancholici vero ab atra bile, cujus proventus autumno colligitur. Jam vero nihil est, cur mireris, si propter temporis malitiam et temperaturae aëris nos ambientis inaequalitatem cordis dolores, horrores et huiusmodi alia per autumnum dominantur. Copiosius autem de morbis omnibus et symptomatis quae accidere autumno solent, differetur in ea explicatione quae in se-

Ed. Chart. VIII. [566.]

τούς ἀφορισμούς αὐτῶ τῷ Ἱπποκράτει, ὅπου¹ καὶ τοῦτο δέδεικται, ὅτι τὸ φθινόπωρον ἀπάσαις ἡλικίαις κακὸν καὶ φέσει καὶ χόραις. ἦτιον μὲν δὴ ἐν αὐταῖς τῶν ἄλλων τὰς ὑγρὰς καὶ θερμὰς κατὰ τὸν ἐκεῖνον² καιρὸν βλάπτεσθαι· διόπερ, φησὶ, καὶ ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι αἱ νόσοι γίνονται. ἐπειδὴ γὰρ οὐ γίνονται κατὰ καιρὸν, ἀλλὰ ἐν ταῖς ἐξαιρηθῆσι μεταβολαῖς, διὰ τοῦτο οὐ δύνανται λύεσθαι κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν, οὔτε εἰσταθέως τε καὶ αἰραίως, ὡς αὐτὸς λέγειν εἶωθεν· εἰς³ μὲν γὰρ καθεσιῶτας καλεῖσθαι καιροὺς, τὰς ὥρας τὰς ἐν τάξει τὴν οἰκίαν κρᾶσιν ἀπειληφύας, οὔτω δὲ καὶ τὰ ἔτη καλεῖ αὐτὸς καθεσιῶτα ἐν τῷ περὶ ὑδάτων αἰρων⁴ καὶ τόπων τὰ κατὰ λόγον γινόμενα. καὶ ἐὰν ἐν τῷ μετοπώρῳ τὰ ὕδατα γένηται καὶ ὁ χειμῶν μέτριος, μήτε λίαν εὐδῖος μήτε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τὸ ψύχειν, ἐν δὲ τῷ ἡρὶ γένηται ὕδατα αἰραῖα καὶ ἐν τῷ θέρει· καὶ τοιῦτὶ τὸ ἔτος ὑγιεινότατον

1. l. III. aph. XVIII. 2. Corr. τὸν ἐκεῖνον pro τῶν ἐκείνων.
3. l. III. aph. VIII. 4. de aëre, aquis etc.

cundum de vulgaribus morbis edetur; ipse vero nonnulla etiam in aphorismis memoravit, quo in loco hoc quoque offensum est, autumnum esse omnibus aetatibus, naturis regionibusque malum; inter ipsas tamen minus quam alias eo tempore humidus et calidus laedi; quamobrem morbi, inquit, judicatione vacantes inconstantesque fiunt; nam quia opportuno tempore non fiunt, sed in repentinis mutationibus, ideo fit ut neque in tempore accommodato solvi explicarique possint; sed neque statis temporibus, neque tempestive, ut ipse loqui solitus est. Stata autem tempora ab ipso vocari scimus ea quae propriam temperaturam ordine fortiuntur atque ita etiam ipse annos statos ac certos vocat in libro de aëre, aquis et locis eos qui convenientes rationi procedant; ac si autumnus fiat pluviae hiemsque moderata nec valde serena nec frigore excedens et vere atque aestate imbres tempestivi fiant, sic, inquam, hunc annum fore saluberrimum verisimile ait

Ed. Chart. VIII. [566.]

ἔσσεσθαι, εἰκὸς εἶναι γησιν· ὅταν δὲ μὴ αἱ ὄραι φυλάττωσι τὴν τοῦ καθεσιῶτος ἐνιαυτοῦ ἀγωγὴν, τότε ἀκαθίστατοι ὑφ' Ἰπποκράτους ὀνομάζονται, καὶ τὰς νόσους ἐν τοιῷ τῷ καιρῷ γινομένας ὁμοίως ἀκαταστάτους προσαγορεύει καὶ ἄνωθεν δυσκρίτους. νῦν δὲ ἀκρίτους κατὰ τὴν αἰτὴν ἐννοίαν προσαγορεύει, τουτίεστι μὴ καλῶς κρινόμενας, ἀλλὰ κακοκρίτους, ὅπερ ἐστὶν ἢ μετὰ μοχθηρῶν συμπτωμάτων ἢ καὶ ὑποστροφῶν. τοιαύτης δὲ τῆς ἀκρισίας καὶ ὑποστροφῆς αἰτίον ἐστὶν ὅτι προεκρήγνυται ἢ προεκκρίνεται ἢ καὶ ἐγκαταλείπεται. καὶ τὸ μὲν προεκρήγνυσθαι¹ καὶ προεκκρίνεσθαι ποιεῖ τὴν ἀκρισίαν, τὸ δὲ ἐγκαταλείπεσθαι τὰς ὑποστροφάς. αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἐπιδημιῶν βιβλίοις τοῦτο γησιν εἰπὼν, τὰ ἐγκαταλείπομενα² μετὰ κρίσιν ὑποστροφάς· οἱ γὰρ μοχθηροὶ χυμοὶ ἐν τῷ σώματι ἐγκαταλιμπανόμενοι τὰς νόσους ἐπιφέρουσι καὶ τῷ χρόνῳ σηπόμενοι τοὺς πυρετοὺς ἀνάπτειν εἰώθασιν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ γησιν, ὁκό-

1. Corr. προεκρήγνυσθαι pro προεκκρίνεσθαι. 2. l. II. aph. XII.

esse; quum vero tempora statim anni progressionem non servarent, tunc Hippocrates inconstantia vocat et morbos in ipsis exortos pari modo inconstantes nominat, ac supra eosdem difficiles iudicatu, nunc vacantes iudicatione in eandem fere sententiam appellat; ut eos non recte, sed male iudicari intelligamus, quod nihil aliud est quam ut vel cum malis symptomatis iudicentur vel postea repetant; hujus porro malae iudicationes aut recidivae causa est, quia prius prorumpunt aut prius excernuntur aut intus relinquuntur, et quia praerumpunt et prius excernuntur, ideo non iudicantur, et quia intus relinquuntur, ideo repetunt; id autem ipse in libris de morbis vulgaribus docuit, quum ait: *quae post iudicationem relinquuntur, recidivas faciunt: pravi enim humores in corpore relictis morbos pariunt et temporis progressu computrescentes solent febres excitare.* Quin etiam in praefagiis

Ed. Chart. VIII. [566.]

σοισιν οἱ πυρετοὶ¹ παύονται, μήτε σημείων² γινομένων λυτηρίων μήτε ἐν ἡμέρησι κρίσεϊμησιν, ὑποστροφὴν προσδέχεται τουτέοισι χρῆ. καὶ γὰρ τὰ ἀλόγως ῥαστωνήσαντα φιλυπόστροφα, κὰν ἐν ταῖς κρίσεϊμοῖς ἡμέραις τοῦτο γένηται. αἱ γὰρ κρίσεις αὗται γίνονται μὲν ἐν πάσαις ἡμέραις, ἀλλ' οὔτε ἴσαι τὸν ἀριθμὸν, οὔτε ὁμοίως πισταί. διαφέρουσι δὲ τῷ τὰς μὲν ἀγαθὰς αὐτῶν γίνεσθαι, τὰς δὲ κακὰς· καὶ τὰς μὲν μετὰ πλείονων τε καὶ χαλεπωτέρων συμπτωμάτων καὶ σὺν ἀγῶνι μείζονι. τὰς δὲ εὐθύς³ ἐξ ἀρχῆς εἰσβάλλειν καὶ ἀσφαλῶς.⁴ τὸ δὲ προεκρήγνυσθαι ὅπερ μὴ κατὰ καιρὸν καὶ προφθάσαι τὰς κρίσεις σημαίνει, μοχθηρὸν ἐστίν· ὁμοῦ γὰρ τοῖς λυποῦσιν ἐκκρίνεται τὰ χρησιὰ. τοῦτο μὲν οὖν γίνεται τῆς φύσεως ἐρεθισθείσης, ἥτοι⁵ πρὸς τινος τῶν ἔξωθεν, οἷον ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ ἢ τοῦ κάμνοντος ἢ τῶν θεραπόντων οὐκ ὀρθῶς τι πραττόντων, ἢ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τῷ σώματι περιεχομένων, ὡς ἀπὸ τῶν νοση-

1. Corr. οἱ πυρετοὶ pro ὑπηρετεῖν. 2. l. III. progn. XXVII.

3. Corr. δὲ εὐθύς pro τὰ εὐθείς. 4. in marg. vel ἀφ' ἄρχης.

5. Corr. ἥτοι pro εἴτι.

ita scriptum comperimus: *febres quae neque salutaribus notis apparentibus, neque in criticis finitae sunt diebus, fere repetunt*: nam quae sine ratione levata sunt ea solent repetere; licet hoc in die critico eveniat. Judicationes vero ipsae in omnibus quidem diebus fiunt, sed neque pari numero dierum, neque ita fidae ac certae; differunt autem, quod quaedam bonae, quaedam malae sunt et quaedam cum multis gravibusque conjunctae symptomatibus et majore angore; quaedam statim in ipso initio et tuto. Ceterum quod aīt, praerumpere, quod non opportune quid fieri et judicationis tempus praevenire significat, malum est; siquidem cum noxiis humoribus boni etiam excernuntur, hoc autem usu venit, quia natura irritata sit vel ab externa causa quadam, ut a medico aut aegrotante aut a ministris non recte aliquid molientibus; vel ab iis quae in ipso corpore continentur, cujusmodi sunt morbi aut causae aut exacerbationes; exacerbatio

Ed. Chart. VIII. [566.]

μάτων ἢ αἰτίων ἢ παροξυσμῶν. καὶ γὰρ παροξυσμὸς τὴν φύσιν ἐρεθίζει καὶ οἷον προπηλακίζει οὐκ ἐπιτρέπων ἡσυχάζειν οὐδὲ μένειν, ἀλλὰ ἐπειγέειν καὶ ὡς προσδιαμαχεῖν προκαλούμενος. ἐπεὶ τοίνυν ἡ φύσις οὐκ ἀεὶ τοῖς προσήκουσι καιροῖς ἐξορμῶσα κρίνει τὰς νόσους, ἀλλὰ ἐρεθιζομένη πολ- λάκις ἄλλοτε πρὸς ἄλλων² αἰτίων, εὐλόγως προεκεκρήγυσθαι συμβαίνει καὶ μὴ τελείαν γίνεσθαι κρίσιν· καὶ ὅκου τοῦτο ἐγενήθη, τὰς ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι χορή. αἱ γὰρ ὥραι ὡς εἶναι νοσοποιούσας φησὶ, φιλυπόστροφοί εἰσι καὶ ἀνάλογον ἐν αὐταῖς γενόμεναι νόσοι. προσέχειν μὲν οὖν τὸν νοῦν ταῖς ὥραις καὶ ταῖς κατ' αὐτὰς μεταβολαῖς ἀκριβοῦς δεῖ, ὡς καὶ ταχέως τὰ νοσήματα διαγιγνώσκειν καὶ καλῶς θεραπεύειν δυνήσῃ.

ιβ'.

Προλογιστιὸν οὖν ὁκόως ἂν ἔχοντα τὰ σώματα αἱ ὥραι παραλαμβάνουσι.

1. I. III. de crit. dieb. VIII. 2. Corr. ἄλλων pro ἄλλον.

enim naturam irritat et tanquam lacessit nec requiem ei nec moram concedit, sed excitat et veluti ad pugnam provocat. Quoniam igitur natura non semper accommodatis aptisque temporibus impulsit morbos judicat, sed saepe aliter ab aliis atque aliis causis stimulat, ideo merito fit ut praerumpant humores nec perfecta fiat judicatio; atque ubi hoc factum sit, ibi expectare recidivas oportet; tempora enim a quibus fieri morbos ait recidivas afferre plerumque solent et morbi quoque in iis exorti temporibus proportionem respondent. Itaque adhibere animum temporibus anni et iis mutationibus quae in ipsis fiunt accurate debes, ut morbos cito dignoscere et eosdem curare recte possis.

XII.

Itaque insuper considerandum est, ut corpora se habeant, quum ab anni temporibus suscipiuntur.

Ed. Chart. VIII. [566.]

Τοῦτο¹ τὸ παράγγελμα πᾶν ὠφέλιμον καὶ πρὸς τὸ φυλακτικὸν καὶ πρὸς τὸ θεραπευτικὸν τῆς ἰατρικῆς μέρος ἐστί· συντελεῖ γὰρ πρὸς τὴν φυλακὴν τῆς ὑγείας, ὅτι τοῖς μὲν εὐκράτοις σώμασιν ὁ εὐκράτος ἀὴρ ἄριστος, ὅσα δὲ ὑπὸ τινος ἐξεχούσης ποιότητος δυναστεύεται, τοῦτοις ἄριστος ὁ ἐναντιώτατος τῇ κρατούσῃ· ὡς ψυχρὸς μὲν γὰρ τῇ θερμῇ, θερμὸς δὲ τῇ ψυχρᾷ καὶ τῇ ὑγροτέρᾳ ξηρὸς· τῇ δὲ ἀρχμηροτέρᾳ τοῦ προσήκοντος εἰς τοσοῦτον ὑγροτέρος εἰς ὅσον ἐκείνη² τοῦ συμμέτρου ξηροτέρα εἶη. καὶ τότε δεῖ τὴν διαίταν τῇ κρᾶσει τῆς ὥρας ἐναντίαν προστάσσειν οὐκ ἀγνοοῦντας ὅτι ἢ ὁμοία μᾶλλον βλάπτει, ἀλλὰ καὶ τῇ ὥρᾳ συνεργεῖ. πρὸς δὲ τὸ θεραπεύειν συντελεῖ, ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. εἰ μὲν οὖν τινος σώμα εὐχνημον παραλάβοι ἢ ὥρα τοῦ ἤρος, φυλάττει τοῦτο ὑγιεινότερον, οὐδὲν ἐν τῆς ἰδίας³ φύσεως νεωτερίζουσα, οὐ μὴν ὁ θέρος ἢ φθινόπωρον ἢ χειμῶν. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ καθα-

1. Orib. IX. coll. II.

2. Corr. ἐκείνη pro ἐκεῖνοι.

3. Orib. IX. coll. II.

Hoc praeceptum est ad eam medicinae partem quae sanitatem tuetur et ad eam quae morbos curat accommodatissimum; ad conservandam enim sanitatem facit, quia temperatis corporibus aër temperatus est optimus; in quibus vero aliqua exsuperans qualitas dominatur, iis utilissimus est aër qui exsuperanti qualitati sit contrarius vel maxime, ut frigidus calidae, calidus frigidae; humidiori siccus, sicciori vero quam par est tanto humidior, quanto illa sit quam moderata portio siccior; quo sane tempore victus ratio est temperaturae temporis contraria institienda; in quo non ignorandum est ea quae similia sint magis nocere et temporis actionem adjuvare. Ad curationem vero morborum adjumento est, quia contraria sunt contrariorum remedia. Itaque si tempus vernum corpus aliqujus excipiat bonis praeditum humoribus, id etiam in optima sanitate conservabit; nihil ex sua natura novi afferens, id tamen neque aestas, neque autumnus, neque hiems faciet; haec enim tempora licet corpus purum et

Ed. Chart. VIII. [566.]

ρὸν σῶμα καὶ πάντως ἄμεμπτον παραλάβοι, τὸ μὲν θέρος τὴν ὠχρὰν ἢ ξανθὴν χολὴν εἴωθε πλείονα τοῦ δέοντος γενῶν, τὸ δὲ φθινόπωρον ἰὴν μέλαιναν, ὁ χειμὼν δὲ τὸ φλέγμα, ὅθεν γίνεται ὅτι πρὸς μὲν τὸ θέρος αἱ ψυχραὶ καὶ ὑγραὶ κράσεις ἀρίστη διακκινῶνται, πρὸς χειμῶνα δὲ αἱ θερμαὶ καὶ ξηραὶ, ἀνάπαλιν δὲ αἱ μὲν θερμαὶ καὶ ξηραὶ πρὸς τὸ θέρος κακῶς, αἱ δὲ ὑγραὶ καὶ ψυχραὶ πρὸς χειμῶνα. τρεῖς δὲ εἰσι τοῦ σώματος κατασκευαὶ ἐν ἅπασιν τοῖς οὖσιν ἢ ἀρίστη ἢ φαύλη καὶ ἢ νοσοῖσα. ἀλλ' ἢ μὲν ἀρίστη μία, τῶν δὲ ἄλλων ἀμφοῖν¹ αἱ διαφοραὶ² οὐκ ἐναρίθμητοι, ἐπεὶ εἰσι μοχθηραὶ κατασκευαὶ σωμάτων, ἔναι μὲν ἐν ὅλῳ τῷ ζῳῷ δυσκρασίαν ἔχουσαι, τινὲς δὲ ἐν τῇ τῶν μορίων ἀνωμάλῳ κατασκευῇ. προλογεῖσθαι οὖν χρὴ πῶς διακκινῶνται εἶναι τὰ σώματα, ὅταν αἱ ὥραι παραλαμβάνουσιν αὐτὰ, τουτέστι πότερον μοχθηρῶς ἢ κακῶς διακκινῶνται ἢ καὶ τελείαν ἔχει τὴν ὑγίαν οἱ μήπω νοσοῦσιν, ἀλλὰ ἐγγύς εἰσι τοῦ εἰς νόσον πεσεῖν. οὐσῶν γὰρ τῶν ὠρῶν

1. Corr. ἀμφοῖν pro ἀμφί. 2. l. IV. in VI. epid. XXVI.

omni ex parte vacans culpa exceperint, tamen aestas pallidam aut flavam bilem copiosiore, quam par sit autumnus atram bilem, hiems pituitam gignere consuevit; unde efficitur ut frigidae et humidae naturae sint optime ad aestatem comparatae; calidae et siccae ad hiemem, contra vero calidae et siccae male ad aestatem; humidae vero et frigidae male ad hiemem affectae sint. Tres autem sunt omnes corporis constitutiones in rerum natura, optima, prava et aegrotans; sed optima una est, aliarum duarum sunt differentiae innumerabiles, propterea quod malae quaedam corporis constitutiones sunt quae in toto animante habent intemperiem; quaedam vero in constructione partium inaequali; quocirca spectandum est, quomodo corpora affecta sint, quando anni tempora ipsa excipiunt, hoc est utrum bene an male affecta sint, et utrum perfecta sanitate perfruantur, an vero nondum aegrotent, sed in eo sint, ut prope in morbum cadant; quum enim squalida

Ed. Chart. VIII. [566. 567.]

αὐχμηρῶν τε καὶ ξηρῶν αἱ μὲν ὑγραὶ φύσεις οὐ μόνον οὐδὲν βλαβήσονται πρὸς τῆς τοιαύτης καταστάσεως¹, ἀλλὰ καὶ μέγα ὠφελήσονται. τὰς μὲν ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους γεγραμμένας καταστάσεις ἀπάσας ἀκούειν χρὴ ἐν τοῖς εὐκράτοις τῆς οἰκουμένης γενομένας, πλὴν τῆς μὲν Θρακῆς ὅσα τῆς θαλάσσης ἀπεχώρηκεν, ἅπερ εἶναι ὑγραὶ καὶ ψυχρὰ περαιτέρω τοῦ μετρίου ἐν τῷ περὶ τόπων, ἀέρον καὶ ὑδάτων ὑπομνήματι δέδεικται. καὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον καὶ Λιβύην θερμὰ καὶ ξηρὰ, ἐξηρημένων τοῦ λόγου τῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κειμένων, καὶ γὰρ κατὰ τὴν Θρακίαν τε καὶ Πόντον τὰ ταπεινὰ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ θερμότερα ταῖς κράσεσιν ἐστι. κατὰ δὲ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην θερμὰς οὔσας, ὅτι τοῦ θέρους ἀναψύχονται τοῖς ἀρκτικοῖς ἀνέμοις, διὰ τοῦτο ἤττον εἶναι θερμὰ ἐπειράθημεν τῶν ἀποκεχωρηκότων εἰς μεσόγειον. εἰ δέ τις καὶ τὴν ἀκριβῶς εὐκρατόν² τε καὶ μέσην εἰδέσθαι θέλει τὴν ζώνην τῆς οἰκουμένης, οὗτος πρὸς τὴν διὰ Κνίδου καὶ Κῶ τὸν νοῦν προσεχέτω καὶ ὅσα χωρία μὴ

1. l. III. aph. XIV. 2. Corr. εὐκρατον pro ἔφρατον.

ficcaque tempora sunt, tunc tantum abest, ut [567] naturae humidae quidquam a tali constitutione laedantur, ut etiam magnopere adjuventur; constitutiones autem omnes quas Hippocrates literarum monumentis consignavit intelligere debemus intemeratis orbis terrae partibus extitisse, exceptis iis Thraciae locis quae a mari sunt remota, quae et humidiora et frigidiora quam oporteat, in commentariis in librum de aëre, aquis et locis docuimus; et item Aegypti et Libyae regionibus calidis et ficcis, demptis iis tractibus qui ad mare siti sunt; humiliores enim Thraciae ac Ponti regiones quae maritimae sunt, calidiore etiam sunt temperatura; in Aegypto vero et Libya quae calidae sunt, ideo loca esse minus calida, quam quae a mari ad continentem recesserunt experti sumus, quia per aestatem ventis ab urfa perflata refrigerantur. Qui vero accurate temperatum et mediam mundi zonam cognoscere velit, is ad partem eam quae ad Cnidum et Co pertinet, mentem adhibeat eique adjungat

Ed. Chart. VIII. [567.]

πολὺ ἀπὸ τούτου τοῦ μορίου τῆς γῆς ἀποκεχώρηκεν. εἰκὸς δ' ἐστὶ καὶ τὰς ὥρας ἐν τῇ αὐτῇ τῇ ζώνῃ ἕσεσθαι εὐσταθεῖς τε καὶ μὴ νοσεράς. τούναντίον δὲ περὶ τῶν μὴ τοιούτων κριτίον. ὥστε βλέπειν δεῖ, πῶς διάκειται τὰ σώματα, ὅταν αὐτὰ αἱ ὥραι παραλαμβάνη.

ιγ'.

Νότοι, βαρύνκοι, ἀγλυώδεις, καρυβαρικοί, τωθροὶ δισυλ-
τικοί. ὅταν οὕτως δυναστεύῃ τοιοιότροπα ἐν τῆσι νό-
σοισι πάσχουσι ἔλκη μαδαρά, μάλιστα στόμα, αἰδοῖον καὶ
τὰ ἄλλα. ἦν δὲ βύρειον, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκλη-
ρότεραι, δυσουρίαὶ φρικώδεις, ὀδύνηαι πλευρέων, σιτηθέων.
ὅταν οὖν δυναστεύῃ τοιαῦτα, προσδέχεσθαι μῦλλον τὰ
νοσήματα.

Ἡ τῶν ἀνέμων ἢ καὶ πνευμάτων ἢ φυσῶν, ἕξεισι
γὰρ σοι ὡς ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν, διδασκαλία τε καὶ διά-

1. l. III. aph. V.

loca, quae ab iis infulis non longe recesserunt. Est etiam
verisimile anni tempora in ea zona statata esse et non
morbofa; contraria vero sunt de iis quae non sunt hujus-
modi judicanda; proinde spectandum est, quomodo affecta
corpora sint, quando ab anni temporibus excipiuntur.

XIII.

*Auftri auditum gravant, oculis caliginem inducunt, capi-
tis gravitatem concitant, membrorum torporem faciunt,
dissolvunt; quum hic ventus dominatur, talia in morbis
patiuntur ulcera glabra ac madentia; praesertim vero
os, pudenda, aliaeque partes. Si vero aquilo, tusses,
faucium asperitates, alvos duriores, urinae difficultates,
horrores, laterum pectorisque dolores, hoc autem domi-
nante tales morbos magis expectare oportet.*

Ventorum aut spirituum aut flatuum, licet enim ut
velis eos appellare, disciplina atque dignotio magnum

Ed. Chart. VIII. [567.]

γνωσις μεγάλην φέρειν τῷ ἰατροῦ πρὸς ἅπαν ὠφέλειαν φαίνεται. καὶ γὰρ πρὸς τὴν πρόγνωσιν μάλιστα συντελεῖ καὶ πρὸς τὴν θεραπευτικὴν ἔστι χρήσιμος καὶ πάνυ. διὸ οὐκ ἄκαιρον ἴσως εἶναι δοκεῖ ἢ προϋθέμην ἐνταῦθα¹ περὶ αὐτῶν διὰ μακροτέρων καὶ ἀκριβέστερον λέγειν. τοιαύτης ἤδη πραγματείας καὶ ἐν τῷ περὶ ἀέρων ὑδάτων καὶ τόπων μεταχειριζομένοις. καὶ ἔτι ἐν τοῖς εἰς τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία ὑπομνήμασιν ἐξ ἀνάγκης πολλαχοῦ λεχθησομένοις, τοσαύτην γὰρ καὶ τοιαύτην ὠφέλειαν τοῦτο παρέχει, ὡς μὴ πρέπει μῆτε ἡμᾶς ὀκνεῖν δις ἢ τρις περὶ αὐτοῦ γράφειν μῆτε τοὺς φιλομαθεῖς καὶ τοὺς ἰατρικῆς ἀντιποιουμένους ἀναλέξασθαι. πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς οὐσίας τῶν ἀνέμων ἔστι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις ἀμφισβήτησις. οἶεται γὰρ Ἀναξίμανδρος τὸν ἄνεμον εἶναι ἴσιν ἀέρος τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ἐπὶ τοῦ ἡλίου καιομένων καὶ τηκομένων. Ἀναξιμένης δὲ ἐξ ὕδατος καὶ ἀέρος γίνεσθαι τοὺς ἀνέμους βούλεται καὶ τῇ ῥύμητιν ἀγνώστου φέρεσθαι βιαίως

1. Corr. ἐνταῦθα pro ἂν ταῦτα.

ad res omnes praestare medico usum videtur; siquidem et ad praesagia facienda conducit et ad curationem adhibendam utilis est vel maxime; quocirca non fuerit fortasse absurdum, si hoc loco mihi proposuero de ventis agere copiosius et accuratius, licet hoc ipsum in libro de aëre, aquis et locis jam sit pertractatum; atque in commentariis in librum de vulgaribus morbis multis in locis sit nobis de hac re differendum; tantam enim talemque res ipsa utilitatem praebet, ut neque nobis grave videri debeat, bis terve de eadem scribere, neque pigere studiosos medicinaeque cupidos homines iterum legere. In primis autem est de essentia ventorum inter philosophos controversia. Anaximander enim putat ventum esse fluxum aëris, cujus subtilissimae humidissimaeque partes a sole motae consumptaeque sint. Anaximenis opinio est, ventos ex aëre et aqua gigni et impetu quodam ignoto violenter

Ed. Chart. VIII. [567.]

Simamus non eum modo, qui in cute et superficie exteriori igneam habet caliditatem, verum etiam et hoc magis eos, qui in corporis imo et visceribus eam continent. Letalis igitur causus interna quidem extorret, externa vero mediocriter quidem calefacit. Febrem similem recensuit Hippocrates in aphorismis quum inquit: *si in febre non intermittente frigida exteriora fuerint et interna exurantur, sitimque aeger habuerit, letale*. Caeterum quum orationem hanc in sudoribus dicere consueverit interdum de iis qui ex capitis thoracisque sedibus oriuntur sudoribus; interdum quoque et de iis qui per totum corpus, sed exigui effluunt; utrum in praesentia dixerit signum bonum non est. Nempe qui per totum corpus ita fiunt sudores sed exigui, quod non flammeam illam quae hypochondrium fatigat, solvant caliditatem, ob id boni non sunt; nempe etiam boni sunt qui in superioribus oriuntur partibus, quum geminam ob causam fiant, neque ob vel languentem vel prae copia gravatam facultatem.

η.

Αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι κάκισται, ὅσον καὶ Θρασύνοντι.

Οὕτως εἰσὶν αἱ προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι κάκισται, οἷς οὐκ ἂν ἐλπίσης σωθῆναι τινα ἐξ αὐτῶν, ἀκούειν δὲ δηλονότι περὶ τῶν παραφροσυνῶν ἐκείνων προσῆκον, ὅσαι κατὰ διάθεσιν νοσώδη γίνονται τοῦ φρονούντος ἐν ἡμῖν μορίου. πρόσκαιροι γὰρ ἕτεραί τινες συμπίπτουσιν ἀπὸ τῶν ἐξωθεν αἰτίων, ὅσον ἀνθρώκων θέρμης ἢ οἴνου πόσεως ἢ οἴκου τὴν ἐκ τῆς τιτάνου διασωζόντος ποιότητα. βλαβεραὶ μὲν γὰρ καὶ κινδυνώδεις εἰσὶ καὶ αἱ τοιαῦται προεξαδυνατηκῶσι συμπίπτουσαι. παντάπασι δ' ὀλέθρια τῶν κατὰ διάθεσιν ἐγκεφάλου φρενιτικῆν παρακοπτόντων. μέγεθος γὰρ τι τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀρῆωσιτίας ἐνδείκνυται τὸ προεξαδυνατησάντων ὄνομα προσκειμένης τῆς ἐξ προθέσεως, τῷ προαδυνατησάντων, ὃ καὶ αὐτὸ καθ' αὐτὸ βλάβην ἰκανὴν σημαίνει τῆς δυνάμεως καὶ κατὰ τινα τῶν ἀντιγράφων

VIII.

Praedebilitatorum desipientiae pessimae, ut et Thrasynonti.

Pessimae praedebilitatorum desipientiae ita sunt, ut nullum ex ipsis sanari speraveris; sed de iis intelligendum desipientiis, quae ex sapientis in nobis partis morbosa affectione fiunt. Temporariae siquidem aliae quaedam ab externis eveniunt causis, ut ex carbonum caliditate vel vini potione vel domo calcis servante qualitatem; noxiae enim ac periculosae tales sunt si praedebilitatis accidant; sed letales plane sunt eorum qui ex phrenitica cerebri affectione desipiunt. Nempe magnitudinem quandam in virtutis debilitate ostendit nomen προεξαδυνατησάντων praedebilitatorum propter adjectam ἐξ praepositionem nomini huic προαδυνατησάντων, quod etiam per se sufficientem virtutis laesionem ostendit; atque in exemplaribus quibus-

Ed. Chart. VIII. [705. 706.]

Ed. Bas. V. (173.)

οὔτως εὐρίσκεται γεγραμμένον. οὐ μόνον δὲ αἱ παραφρο-
 σύλαι δέονται δυνάμεως ἐξῆσμένης, ἵνα κάμων ἐξαρκέση
 τῇ πέψει τοῦ νοσήματος, ἀλλὰ καὶ περιπνευμονία καὶ [706]
 πλευρίτις καὶ κυνάγχη καὶ τὰλλα τὰ μεγάλα πάθη. προέρ-
 χεται δὲ ἐξ ἐπιμέτρου τῇ παραφροσύνῃ καὶ ἀγρυπνία κατα-
 λίσουσα τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἴτιον τῶν αἰσθητῶν ἐκκρίσεων,
 ἢ τ' ἐν κινήσει πολλαῖς καὶ ἀτάκτως γινομέναις πλημμέ-
 λεια. τὸ δ' οἷον καὶ Θρασύνοντι, μᾶλλον ὑπομνήματι πρό-
 πον ἐστὶν ἢ συγγράμματι. κατὰ γοῦν τὸ προγνωστικὸν καὶ
 τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τὸ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων, ὁμοίως
 δὲ καὶ κατὰ τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, εἴτε τε τὸ περὶ τῶν
 ἐν κεφαλῇ τραυμάτων οὐδαμόθι φαίνεται μεμνημένος ὀνό-
 ματος, ὥσπερ γε οὐδ' ἐν τοῖς ἄλλοις, οἷ μὴ μόνοις τοῖς
 τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν οἷς αὐτὸ τοῦτο προκείμενόν ἐστιν, ἐξε-
 τάσαι τὰ καθόλου διδαχθέντα διὰ τῶν κατὰ μέρος φαινο-
 μένων, ἐφ' ἐκάστης ἀρρώστιας.

dam ita scriptum reperitur. Non solum autem desipientiae virtutem exposculant robustam, ut aeger sufficere morbi coctioni possit; verum quoque et peripneumonia et pleuritis et angina et graves aliae affectiones id desiderant. Praecedit autem et ex abundantia desipientiam tum vigilia quae virtutem non minus exsolvit quam sensibiles evacuationes, tum qui in motionibus multis inordinatisque committitur error; quod autem dicitur, ut et Thrasynonti, commentarium magis quam opus id decet; neque enim in prognostico aphorismisque et libris de fracturis articulisque, neque in libro de victus ratione in morbis acutis, neque in libro de capitis vulneribus, ullo pacto nominis meminisse videtur, sicuti neque in aliis, praeterquam in libris epidemiorum; in quibus duntaxat propositum est generatim tradita per ea confirmare, quae particulariter in unoquoque morbo videntur.

θ'.

Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς τρομώδεα τελεutiᾶ.

Τὸ νεανικῶς δηλονότι ἀντὶ τοῦ γενναίως ἢ σφοδρῶς ἢ ἰσχυρῶς εἶρηκε. μέσον δὲ τεταγμένον τοῦ τε φρενιτικὰ καὶ τοῦ τρομώδεα δύναται μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ τάξει, μεθ' ἑκατέρου λέγεσθαι. κατὰ δὲ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἐξεταζόντων τὸν λόγον οὐ δύναται τῷ τρομώδεα συνιάσσεσθαι. γενήσεται γὰρ ἡ διάνοια τοιαύτη, ὅτι τὰ φρενιτικὰ πάθη τελεutiᾶν εἴωθεν εἰς τρόμον σφοδρὸν, ὃ προφανῶς ψευδές ἐστι, μόναις ταῖς σφοδροτάταις φρενίτισιν ἐπομένου τοῦ συμπτώματος. αἱ γὰρ αἰονίαι τῶν νεύρων διὰ τὴν τοῦ πάθους ξηρότητα τοῖς φρενιτικοῖς ἰπάρχουσιν ἄχρη πλείστου. καταλυθείσης δὲ τῆς δυνάμεως ἀγρυπνίαις τε καὶ πολλαῖς κινήσεσιν, ἅμα δὲ καὶ τῶν νεύρων ὑπερξηρανθέντων, οἱ τρόμοι γίνονται.

IX.

Phreniticae vehementer affectiones tremulae desinunt.

Adverbium νεανικῶς pro γενναίως vel σφοδρῶς vel ἰσχυρῶς, id est generose vel vehementer vel valide dixit. In medio autem horum nominum phrenitica et trementia ordinatum potest, quantum ex ordine est, cum utroque enunciari, sed si secundum rei veritatem sermo pendatur, non potest cum hoc nomine trementia ordinari, fieret siquidem talis sensus. Phreniticae affectiones in tremorem vehementem finiri consueverunt; quod manifeste falsum existit, quum solas vehementissimas phrenitidas consequatur hoc symptoma. Nempe nervorum imbecillitates propter affectionis siccitatem phreniticis diutissime insunt; exsoluta autem virtute tum vigiliis tum motionibus multis, simul vero et nervis supra modum reficcatis, tremores fiunt.

ι.

Τὰ ἐν κεφαλαλήσιν ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυνώδεα, ταχὺ ἐκμαίνει.

Μεμνημένω σοι τῆς τῶν χυμῶν τῶν τε ἄλλων καὶ τῆς μελαίνης χολῆς οὐ χαλεπὸν ἐννοῆσαι περὶ τῶν ἰωδῶν ἐμεσμάτων, ὡς κατὰ τὴν ἐπὶ τὸν μέλανα χυμὸν ὄδοιπορίαν γίνεται. μεμάθηκας γὰρ ἔκ τε τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεροπτηθείσης καὶ τοῦ παχέος αἵματος γενναῖσθαι τὴν μελαίναν. ἡ ξανθὴ χολὴ δ' ὑπεροπτωμένη πρῶτον μὲν εἰς τὸν ἰώδη τρέπεται χυμὸν, ἔπειτα εἰς τὸν μέλανα. ὑπεροπιᾶται δὲ διὰ μέγεθος πυρετοῦ. κατεληφθείας οὖν τὸν ἐγκέφαλον χολῆς ξανθῆς ἐν τοῖς φρενιτικοῖς πάθεισιν, ὅταν ἡ τοῦ πυρετοῦ σφοδρότης, ὀπιῶσα τὸν χυμὸν τοῦτον, ἐργάζηται μελαγχολικόν, αἱ παραφροσύναι γίνονται σφοδραὶ, διὰ τὴν κακοήθειαν τῆς μελαίνης χολῆς, ἅς μανιώδεις κὰν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις Ἰπποκράτης ὠνόμασεν. αὐτὸς οὖν ὁ ἰώδης χυμὸς ἂν τε δι' ἐμέτων, ἂν τε διὰ τῆς κάτω γαστρὸς,

X.

In capitis doloribus aeruginosi vomitus cum surditate et pervigilio citam insaniam significant.

Si generationem humorum cum aliorum tum atrae bilis in memoria teneris, quod aeruginosi vomitus progressu ad nigrum humorem fiant mente concipere difficile non est; nempe atram bilem ex flava supra modum assata et crasso sanguine fieri novisti. Flava autem bilis quum supra modum assatur, primum quidem in aeruginosum migrat succum, deinde nigrum; supra modum autem assatur propter febris magnitudinem. Quum igitur flava bilis in phreniticis affectionibus cerebrum prehenderit, febrisque vehementia assatum hunc succum melancholicum reddiderit, propter atrae bilis malignitatem vehementes fiunt insaniae, quas furiosas in libris epidemiorum appellavit Hippocrates. Aeruginosus igitur humor sive per vomitum sive per ventrem inferiorem sive per sputa sive per uri-

Ed. Chart. VIII. [706. 707.]

Ed. Bas. V. (173. 174.)

ἂν τε διὰ πνυσμάτων, ἂν τε δι' οὔρων ἐπιφανῆται, τὸν τε
 χυμὸν ἐξ οὗ γεννᾶται δηλώσει καὶ τὸ νόσημα θερμὸν τ'
 εἶναι καὶ ξηρὸν ἰσχυρῶς. ἀδήλου δ' ὄντιος, ὅσον ἐπὶ τῷ
 κειομένῳ χυμῷ, πότερον ἄνευ τόπου πεπονθότιος τινὸς
 ἐξαιρέτου [707] ἢ μετὰ τινος κυρίου (174) μορίου φλε-
 γμονῆν ἐρυσιπελατώδη ἔχοντιος ἢ γένεσις αὐτῷ γέγονε, δια-
 γινώσκειται καὶ διορίζεται τοῦτο τοῖς συνεξευγμένοις συμ-
 πτώμασι. καὶ γὰρ καὶ δι' ἧπαρ οὕτω φλεγμαῖνον ἰώδης
 γεννᾶται χυμὸς, οὗ νῦν μνημονεύει. τῇ κοινωνίᾳ γούν
 τῶν ἄλλων συμπτωμάτων ὅσα τῶν εἰρημένων μορίων τε
 καὶ παθῶν ἐστὶν ἴδια τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ποιεῖται. ἢ τε
 γὰρ ἀγρυπνία καὶ ἡ κεφαλαλγία καὶ ἡ κόπωσις ἐν τῇ κε-
 φαλῇ δηλοῖ τὴν διάθεσιν εἶναι. χαλεπῶς δ' ἔχοντιος τοῦ
 ἐγκεφάλου πρὸς ἔμετον ὀρμᾶν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἴσμεν,
 εἴρηται γὰρ ὑπὲρ τούτων πολλάκις. εὐλογον οὖν ἐστὶ παρα-
 κόψαι σφοδρῶς τὸν τοιαῦτον ἄνθρωπον ἐπὶ ξηρῶ καὶ θερ-
 μῇ κατὰ τὴν κεφαλὴν δυσκρασίᾳ, διὰ ξανθῆς χολῆς πλεονε-
 ξίαν ὑπεροπιωμένης. ἐν τάχει δὲ γενήσεσθαι τοῦτο διὰ

nas apparuerit, et succum, ex quo ortum habet et mor-
 bum vehementer tum calidum tum siccum esse demonstra-
 bit. At quum perspicuum non sit quantum ex humore
 est, qui vacuatur an is progenitus sit non affecto prae-
 cipuo aliquo loco, an principe aliqua parte phlegmonem
 erysipelatosam habente conjunctis id dignoscitur distingui-
 turque symptomatis. Nam et ob jecur ita phlegmone af-
 fectum aeruginosus generatur succus cujus nunc meminit.
 Per communionem igitur aliorum symptomatum, quae
 praedictarum cum particularum tum affectionum propria
 sunt dignotio ipsorum facienda est. Nam et vigilia et
 capitis dolor et surditas morbum in capite esse demon-
 strant. Graviter autem affecto cerebro ventris os excitari
 ad vomitum novimus; nempe de his dictum saepius. Ra-
 tione igitur optima homo hic ex sicca et calida capitis
 intemperie propter flavae bilis supra modum affatae re-
 dundantiam vehementer insaniet. Cito autem id fiet tum

Ed. Chart. VIII. [707.]

Ed. Bas. V. (174.)

τε τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ πλεονεκτουῦ-
τος χυμοῦ. ὅσα μὲν γὰρ ἐπὶ ψυχροῖς ἢ παχέσιν ἢ γλίσχροις
ἢ ὅλως δυσκινήτοις χυμοῖς παθήματα γίνεται, βραδείαν
ἴσχει τὴν ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ἀνάβασιν. ὅσα δ' ἐν λεπτοῖς μὲν
τῆ συστάσει, θερμοῖς δὲ τῆ κράσει, δακνώδεσι δὲ τῆ ποιό-
τητι, χρόνον οὐ περιμένει πλείονα, καθάπερ οὐδὲ τὰ Φι-
λίστιω γενόμενα τῷ γεγραμμένῳ κατὰ τὸ τρίον τῶν ἐπιδη-
μιῶν, ὃν ἐμίσαι μὲν ἔφη χολώδεα ὀλίγα, ξανθὰ πρότερον,
μετὰ δὲ ταῦτα ἰώδεα πλείω. εἶτα εἰπὼν ὅτι κώφωσις αὐ-
τῷ συνέπεσεν, ἐφεξῆς φησιν, ἐξεμάνη. καὶ νῦν οὖν ὀρθῶς
οὐ μόνον ὅτι παρακόψουσιν οἱ οὕτως ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ ὅτι
σφοδρῶς, ἐδήλωσε προσθεῖς τὸ ἐκμαίνει, μεγάλης παρακο-
πῆς δηλωτικὸν ῥῆμα.

ια'.

Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα ἰσχνὰ, σμικρὰ, πνε-
γώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγειν τε καὶ ἐκκλείειν

propter affectionis magnitudinem, tum propter speciem
redundantis humoris. Nam quae ex frigidis vel crassis
vel lentis vel omnino difficulter mobilibus affectiones
oriuntur, tardius hae ad vigorem adscendunt. Verum quae
ex tenuibus substantia et temperie calidis et qualitate mor-
dacibus procreantur non multum hae cunctantur; sicuti
neque quae Philisto scripto in tertio epidemiorum facta
sunt, quem vomuisse quidem biliosa pauca, flava primum,
mox aeruginosa plura, deinde simul accidisse homini sur-
ditatem, atque demum vehementer insanivisse eum pro-
nunciavit. Recte igitur nunc non solum quod insanient
ita affecti, verum quoque et quod vehementer insanient
ostendit, quum verbum hoc ἐκμαίνει, adjecit, quod mag-
nae desipientiae indicatorium existit.

XI.

*In acutis faucium partes dolentes frigosae parvae et suf-
focantes, quum aeger hiaverit, non facile os tum co-*

Ed. Chart. VIII. [707.]

Ed. Bas. V. (174.)

τὸ στόμα, παρακρουστικά, ἐκ τοιούτων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι.

“Οτι μὲν οὖν ἐπὶ τοιούτοις συμπτώμασιν ἐνίοτε γίνεται φρενίτις, ὅτι τε γιγνομένη πάντως ἐστὶν ὀλέθριος ὀρθῶς εἴρηται. μὴ μέντοι παρυπονοήσαις ἔσσεσθαι τοῖς εἰρημένοις συμπτώμασιν ἐξ ἀνάγκης φρενίτιν, οὐδὲν γὰρ πρόσκειται τῇ συνδρομῇ τῶν συνευδεικνυμένων πεπονθέναι τὸν ἐγκέφαλον. ἐκ δὲ τοῦ τὰ κατὰ τὸν φάρυγγα κακῶς διακείμενα, τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἔχειν ἄνευ τινὸς ὕγκου παρὰ φύσιν, οὐδὲν δύναμενον ὁπότε χάνῃ συνάγειν εἰοίμως τὴν γέννην καὶ ἐκλείειν τὸ στόμα, τεκμαίρουτ’ ἂν τις ἐνίοτε πεπονθέναι τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων. ἀρχεσθαι γὰρ εἰκὸς ἐστίν, ὡς ἐπὶ τῶν φαινομένων μορίων τὰς διαθίσεις, οὐκ ἀθρόως ὅλων ἢτοι φλεγμαινότων ἢ οἰδισκομένων ἢ ἐρυσιπέλατα ἰσχύοντων, ἀλλὰ ἐφ’ ἐνὸς τινος αὐτῶν τόπου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἐν τῷ βάθει κειμένων. μέγεθος οὖν ἀξιόλογον ἔχοντος τοῦ ἐγκεφάλου καὶ πολλὰς νεύρων ἐκφύ-

gere tum claudere possit, deliria portendunt. Ex his phrenitici ac perniciose laborant.

Quod ex symptomatis hujusmodi phrenitis interdum oriatur, quodque si fit, prorsus perniciofa sit, recte est pronunciatum. Neque tamen quod ex dictis symptomatis necessario futura sit phrenitis intellexeris; nihil enim eorum quae affectum cerebrum commonstrant concursui adjacet. Ex quo autem aeger is male in faucibus absque tumore aliquo praeter naturam affectus quum haiverit, prompte tum maxillam reducere tum os aperire nequeat, conjicere quis possit principium nervorum aliquando affectum esse. Nempe ut in conspicuis nobis partibus affectiones exordium aliquod sumunt et non universim totae vel inflammantur vel oedema vel erysipelata contrahunt, sed in uno aliquo harum loco; ita et his quae in imo corporis positae sunt fieri est verisimile. Quum igitur cerebrum ipsum magnitudinem insignem habeat, multasque

Ed. Chart. VIII. [707. 708.] Ed. Bas. V. (174.)
 σεις εικός εστιν, άλλοι' απ' άλλων αυτών πρώτων αρχε-
 σθαι την φλεγμονήν αυτού. καθ' ο τι δ' αν μέρος πάθη,
 κατ' εκείνο και τας των νεύρων εκφύσεις πασχύσας αδύ-
 νάτους γίνεσθαι κινείν τους μύς εις ους εμφύονται. την
 τοίνυν κάτω γένυν, ετέρων μὲν μυῶν ανοιγόντων, ετέρων δὲ
 κλειόντων, ὅταν μὲν ἐν τοῖς τῶν διανοιγόντων μυῶν νεύ-
 ροις ἢ διάθεσις γένηται, δυσκόλως ανοιγνύουσιν. [708]
 ὅταν δ' ἐν τοῖς τῶν κλειόντων, οὐ ῥαδίως κλείουσιν. ἐνδε-
 χομένου δὲ ὄντος αὐτοὺς μόνους ἐνίοτε τοὺς μύς πεπονθέ-
 ναι, χωρὶς τῆς τῶν νεύρων ἀρχῆς, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι
 τοῖς εἰρημένοις συμπτώμασιν ἀκολουθεῖν φρενίτιν. οὐδὲ
 γὰρ ὁ μάλιστα αὐτὸν ἐπεισεν, ὑποπτεῖσθαι πεπονθέναι τὴν
 ἀρχὴν τῶν μυῶν, ἔστι δὲ τοῦτο τῶν κατὰ τὸν φάρυγγα χω-
 ρίων ἢ ἰσχυότης, τῶν ἀναγκαίων ἐστὶ μορίων. ἐγχαωρεῖ γὰρ
 τοὺς ἐν τῷ φάρυγγι μύς φλεγμαίνοντας τὸ πνιγῶδες ἐργά-
 ζεσθαι σύμπτωμα, μὴ δυναμένους φανῆναι, μηδ' ἂν ἐπὶ
 πλείστον τις διανοίξῃ τὸ σιόμα, ὡς εἴ γε χωρὶς τῆς τού-
 των φλεγμονῆς γίνοιτο τὰ εἰρημένα συμπτώματα, σκοπεῖ-

nervorum propagines phlegmonem ipsius alias ab aliis earum primum exordiri par est; qua vero parte membrum affectum fuerit, ea et nervorum propagines affectae, musculos quibus inferuntur movere non possunt. Quum igitur maxillam inferiorem musculi quidem alii aperiant, alii vero claudant, quum in aperientium musculorum nervis affectio fuerit, difficulter aperiant; ubi vero in claudentium, non facile claudunt. At quum fieri possit ut foli ipsi musculi interdum absque nervorum principio sint affecti, quod phrenitis praedicta symptomata subsequatur, necesse non est. Neque enim quod ipsum maxime adduxit, ut affectum esse musculorum principium suspicaretur, est autem hoc locorum quae in faucibus sunt gracilitas, inter necessaria censetur; fieri siquidem potest ut faucium musculi inflammatione laborantes strangulationis efficiant symptomata, nequeant tamen videri, etiam si plurimum quis os aperuerit. Si igitur absque horum inflammatione praedicta fiant symptomata, inspiciendum est an solorum mu-

Ed. Chart. VIII. [708.]

Ed. Bas. V. (174.)

σθαι χρῆ μὴ τις τῶν μυῶν μόνων τῶν κινούντων τὴν κάτω γένων ἰδία τις ἐστι διάθεσις. εἰν γὰρ μὴθ' οὔτοι τι πεπονθότες ὡσεὶ μὴθ' οἱ τοῦ λάρυγγος, εὐλόγως ἂν τις αἰτιάσαιτο τὴν ἀρχὴν τῶν νεύρων. εἰν μέντοι διὰ τὴν ἀρχὴν ἢ τὰ τοιαῦτα συμπτώματα γεγονότα, χαλεπωτάτην εὐλογον εἶναι τὴν διάθεσιν, ὡς καὶ σπασμὸν ἀκολουθῆσαι. μεμαθήκαμεν γὰρ ἐπὶ ταῖς τῶν μυῶν τάσεσι διὰ τὴν ἀρχὴν γενομέναις ἐπέσθαι σπασμὸν. οὐκ ἐμνημόνευσα δὲ ἐν ᾧ διήλθον λόγῳ τῶν ἐπὶ τοῖς τοῦ τραχήλου σπονδύλοις εἰς τὸ πρόσω ῥεύσασσι κυναρχικῶν, διὰ τε τὸ σπάνιον τῆς διαθέσεως, ὅτι τε μοι δοκοῦσι καὶ τότε συμφλεγμῆναι οἱ τοῦ λάρυγγος μύες.

ιβ'

Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς, πικρὰ δὲ μεταπίπτειν, κακὸν τὸ τοιοῦτον. καὶ πνευλισμὸς κακόν.

sculorum maxillam inferiorem moventium propria quaedam sit affectio; nam si neque hi neque qui in gutture existunt aliquatenus affecti fuerint, ratione optima laesum esse nervorum principium quis pronuntiaverit. Quod si ob principium nervorum oborta sint hujusmodi symptomata, gravissimam esse talem affectionem rationi consonum est, adeo ut et convulsionem secuta fuerit; nempe eas musculorum quae ob principium fiunt tensiones convulsionem sequi didicimus. Non feci autem in eo quem percurri sermone mentionem eorum, qui angina ex colli vertebri in anteriorem partem luxatis corripuntur, tum quod raro contingat affectio tum quod gutturis musculi tunc quoque simul inflammari mihi videantur.

XII.

In phreniticis per initia moderatum esse, sed crebro permutari malum id est; sputatio quoque malum.

Ed. Chart. VIII, [708.]

Ed. Bas. V, (174.)

Οὐδὲν ἐξαιρέτιον ἐπὶ φρενίτιδος ὁ λόγος ἔχει. καὶ γὰρ κατὰ τῶν ἄλλων παθῶν εἰ μεταπίσῃ τὸ ἐπιεικὲς, ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν ὑπὸ τοῦ νοσήματος νικᾶσθαι. τὸ δ' ἐν ἀρχῇ πρόσκειται τάχα μὴδ' ἄλλως γενήσεσθαι δυναμένου. ἐν ἀρχῇ γὰρ ὄρῳνται συνεχεῖς μεταπτώσεις, οὐχ ὅτιαν χρονίῃ τὰ νοσήματα, καὶ ταῦτ' εἰκὸς συμβαίνειν ἐν ταῖς κατὰ πλῆθος ἢ ποιότητα μοχθηρῶν χυμῶν διαθέσει, ἄλλοτ' εἰς ἄλλο μόριον, ἐνίοτε μὲν εἰς κύριον μεθισταμένον, ἐνίοτε δὲ εἰς ἄκρῳν. αἱ μὲν οὖν εἰς τὰ κύρια μέρη μετατόσσαι, διαφθείρουσι τὸ ἐπιεικὲς, αἱ δ' ἐς τὰ μὴ κύρια δηλοῦσιν ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα χροῆ τὸν ἰατρὸν ἐπὶ τὰς κενώσεις ἰέναι τῶν λυπούντων χυμῶν ἢ κατὰ πλῆθος ἢ ποιότητα. τοῦτο μὲν οὖν, ὡς ἔφη, ἀπάντων νοσημάτων κοινόν. ὁ πινελισμὸς δὲ γίνεται μὲν καὶ διὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀρρώσισι οὖν ἐφ' ὑγρότητι, γίνεται δὲ καὶ διὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐμπλησμένον ὑγρῶν, ἐξ ὧν συρῶεῖ τι καὶ εἰς τὸ στόμα παραπλησίως τῷ κατὰ τοὺς φλεγμαίνοντας ὀφθαλμοὺς δακρύῳ λεπιῷ. νῦν οὖν ἐπειδὴ τοῖς φρενιτικοῖς ἔφη γίνεσθαι τὸν

Nibil quod phrenitidi peculiare sit sermo hic habet; nempe et in caeteris affectionibus si permutetur clementia, vires vinci a morbo significatur. Adjecit autem in principio, quia nec forsan alias fore potest; nempe in principio permutaciones assiduas videmus, non autem quum morbi protracti fuerint. Continguntque haec ex ratione in his affectibus qui ex copia vel qualitate fiunt pravorum humorum in aliam alias partem, interdum quidem in principem, interdum vero in ignobilem transmigrantium. Qui igitur in principes partes confluxus fiunt clementiam corrumpunt; qui vero in ignobiles, quo maxime tempore medicis ad infestantium vel copia vel qualitate humorum vacuationes procedendum sit ostendunt, quod sane morborum omnium, ut dixi, commune existit. Caeterum sputatio et propter os ventriculi ex humiditate imbecillum et propter cerebrum humiditatibus refertum oritur; ex quibus nonnihil et in os confluit, lacrymae tenui quae ex inflammatis oculis manat simile. Nunc ergo quod phre-

Ed. Chart. VIII. [708. 709.]

Ed. Basf. V. (174.)

πιυελισμὸν, ἐγκεφάλου κακοπραγοῦντός ἐστι σημεῖον, τουτέστι πεπληρωμένου ὄντος.

ιγ'.

Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κακὸν· ὡς καὶ Ἀρχεράτει. Ἄρα γε ἐπὶ τοῖτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; ῥίγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

[709] Αἰ λευκαὶ διαχωρήσεις ὅτι καὶ δι' ἐδεσμάτων χρόαν γίνονται πρόδηλον. ὀρῶμεν γὰρ ὅσοι γάλα προσηνήγκανιο μόνον ἢ ἄριον καθαρὸν ἢ χόνδρον ἢ θέρμιος ἢ τοιοῦτον, τὴν διαχώρησιν αὐτῶν λευκὴν γινομένην, εἰ παραβάλλοιτο τοῖς φακῆν ἐδηδοκόσιν ἢ κράμβας ἢ ἐφθὸν αἷμα λαγωῶν ἢ ζωμὸν μέλανα τῶν διὰ σιραίου πολλοῦ σκευαζομένων. ἀλλ' ὅμως καὶ τοῖς ἐδέσματα λευκὰ προσενηγκαμένοις προσαπερχόμενόν τι τῆς ξανθῆς χολῆς χρώνυνσι τὴν διαχώρησιν, ὡς ὠχροτέρα φαινέσθαι τῶν ἐδηδεσμένων. ὅταν οὖν ἀκούσης τινὸς τῶν ἱατρῶν ἐπὶ τῶν ἰκτεριῶντων λέγον-

niticis sputationem fieri ait, cerebri male affecti, id est repleti, signum exiit.

XIII.

In phreniticis alba dejectio malum; quemadmodum et Archecrati. An et his torpor succedat? Rigor in his pessimum.

Quod albae dejectiones et ob ciborum colorem fiant liquido constat; videmus liquidem eos qui lac solum ingesserunt vel panem purum vel chondrum vel lupinos vel tale quippiam dejectionem habere albam, si his comparentur, qui lenticulam ederunt vel brassicas vel decoctum leporinum sanguinem vel jus nigrum eorum, quae cum multa conficiuntur sapa. At certe iis qui alba ingesserunt edulia, flavae bilis quiddam adveniens dejectionem colorat, ita ut ingestis pallidior efficiatur. Quum igitur medicum quempiam audieris dicentem, albas esse

Ed. Chart. IX. [709.]

Ed. Bas. V. (174. 175.)

τος λευκά γίνεσθαι τὰ (175) διαχωρήματα, δεῖ πρὸς τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα αὐτὰ παραβάλλειν καὶ πρὸς παραβολὴν τούτων γεγόναι τὸν λόγον αὐτῷ καὶ καθάπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἔγραψαν, λευκά διαχωρήματα γίνεσθαι τοῖς ἰκτεριώσιν. οὕτω καὶ ἡν οὗτος ἐπὶ τῶν φρενιτικῶν εἶπεν, ὡς εἰ καὶ μηδ' ὄλως ἔχοντα τὴν ξανθὴν χολὴν εἴρηκε. γίνεται δὲ τοῦτο μηκέτ' αὐτῆς εἰς τὴν γαστέρα συρρόεούσης, ἀλλὰ τῷ πρὸς ὅλον τὸ σῶμα φερομένῳ κατὰ τὴν ἀνάδοσιν αἵματι συναναφερομένης, διὰ στέγνωσίν τινα τοῦ καταφέροντος αὐτὴν εἰς τὴν γαστέρα πόρου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰκτεριωίντων ἢ διὰ σφοδρὰν πίρωσιν ἐν τοῖς ἄνω τοῦ ἥπατος μορίοις ἀναρπάζουσιν τὸ αἷμα σὺν τῇ χολῇ. κατὰ μὲν οὖν τὸν πρῶτον τρόπον ἀναφερομένης εἰς ὅλον τὸ σῶμα τῆς χολῆς ἢ βλάβη γίνοιτ' ἂν ἐξ αὐτῆς τοῖς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ἢ δὴ καὶ πρόσθεν ἐκκεχολωμένοις. κατὰ δὲ τὸν δεύτερον τρόπον οὐ μόνον αἷτιον βλαβερὸν ἢ τῆς χολῆς ἀνάδοσις, ἀλλὰ καὶ σημεῖον ἔσται θερμοσίας παμπόλλης, ἐνδεικνυμένης ὑπάρχειν ἐν αὐτῷ. τὸ δ', ὡς καὶ Ἀρχεκράτει

ictericorum dejectiones, ad naturales eas comparare et ad collationem harum sermonem ipsi esse oportet. Atque quo modo plerique alii medici dejectiones in ictericis albas fieri dixerunt, ita et nunc in phreniticis dixit; quasi eas prorsus flava carere bile dixerit. Fit autem id quum ea non amplius in ventrem confluat, sed una cum sanguine, qui in universum corpus distribuitur sursum fertur; idque vel propter adstrictionem quandam ejus, qui bilem ad ventrem defert canalis, veluti in morbo regio laborantis usu evenit; vel propter vehementem ardorem, qui in superioribus jecoris partibus existens sanguinem una cum bile sursum rapit. Priore igitur modo delata in totum corpus bile cerebrum laeditur, jam et antea bile ipsa affectum; posteriore modo bilis distributio non solum causa noxia, verum quoque et caliditatis multae, quae in ipso esse demonstratur signum erit. Oratio autem haec ut Ar-

Ed. Chart. IX. [700.]

Ed. Basf. V. (175.)

πρόσκειται, συγγράμματι μὲν οὐ πάνυ προστιθέμενον, ὡς ἔφην, ἱπομνήματι δὲ πρέπον καὶ μάλιστα ὅταν ἑαυτὸν ὁ γράφων ἀναμνησκῆεν ἐθέλει. τῶν δ' ἐξῆς εἰρημέτων το μὲν, ἄρά γε ἐπὶ τούτοις καὶ νοθρότης γίνεται; δοκεῖ μοι προσγεγράφθαι, ὡς τοῦ Ἀρχεκράτους οὕτως διατεθέντος. ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ διὰ παντὸς ἢ τε πῆρα δεικνυσιν ὁ τε λόγος ἐνδείκνυται, λέγεσθαι δεῖ ἐπὶ τοῖς εἰρημέτοις νοθρότητα οὐ προσηκόντως. νοθρότης γὰρ ἐπὶ ψυχροῖς καὶ παχίσι καὶ γλίσχροις καὶ ὅλως δυσκινήτοις χυμοῖς, οὐκ ἐπὶ θερμοῖς καὶ λεπτοῖς καὶ δριμύσιν, οἷος ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς εἶωθε γίγνεσθαι, πλὴν εἰ θανάτῳ πλησίον ἦκοιεν, ὡς διὰ νέκρωσιν ἤδη τῆς δυνάμεως ἡσυχάζειν. καὶ γὰρ διὰ νέκρωσιν τῆς δυνάμεως, οὐ διὰ τὸν χυμὸν γέγονεν. ἀδύνατον δὲ τοῖς οὕτω γενομένοις νοθροῖς σιωθῆναι, καὶ κοινὸν τοῦτό ἐστι σύμπτωμα τῶν κατὰ δυσκρασίαν ἄμετρον ἀποθυησόντων ἀπάντων, οὐκ ἴδιον τῶν φρενιτικῶν. εἶπερ οὖν ἐγένετο νοθρότης τῷ Ἀρχεκράτει, κατὰ τοῦτον ἂν ἐγένετο τὸν λό-

checrati, operi quidem non admodum convenit, ut retuli, sed commentarium magis decet et potissimum quando scriptor se ipsum admonere voluerit. Inter ea quae consequenter dicta sunt oratio haec, an et in his torpor fiat? Videtur mihi adscripta esse perinde atque Archecrates ita affectus fuerit; sed non congruenter quidem, quoniam non perpetuo dici debere in his segnitiam demonstrant tum experientia tum ratio. Nempe ignavia ex frigidis crassisque et glutinosis et omnino moveri contumacibus humoribus et non ex calidis tenuibusque et acribus, cujusmodi est flava bilis fieri consuevit, nisi aeger morti ita propinquus fuerit, ut ob extinctionem virtutis jam conquiescat; nempe desidia hujusmodi non propter humorem, sed propter virtutis extinctionem facta est; fieri autem nequit, ut qui ita desides facti sint serventur; estque id symptoma commune omnium ob immoderatam intemperiem morientium et non proprium phreniticorum. Si igitur torpor Archecrati factus sit, hac occasione factus est atque pror-

Ed. Chart. VIII. [709. 710.]

Ed. Bas. V. (175.)

γον καὶ πάντως ἀπέθανεν, οὐχ ὅτι λευκὰ διεχώρησεν ἢ τῆς
νωθρότητος ἢ τοῦ θανάτου συμβάν τι, ἀλλὰ διὰ τὸ μέγε-
θος τοῦ νοσήματος, οὗ σημεῖον ἢ λευκὴ διαχώρησις ἦν. τὸ
μέντοι ῥίγος αὐτοῖς εἶναι κάκιστον οὐχ ἀπλῶς ἀκουστέον.
ἐπιφαίνεται γὰρ ἐνίοτε καὶ κρίσιμον ῥίγος τοῖς φρενιτικοῖς,
ιδρωῶσι λύων τὴν νόσον. ἀλλὰ καὶ τὸ κατ' ἐκείνον τὸν χρό-
νον ῥίγος εἰρησθαι χρὴ νομίζειν ὀλέθριον, ἐν ᾧ διαχωροῦσα
λευκά. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐν ἀπέπτω νο-
σήματι μὴ δύνασθαι γενέσθαι κρίσιν ἀγαθὴν. ἀπεπτον δέ
ἐστιν ἐν ᾧ συναναφέρεται τῷ αἵματι χολῆ, καθ' ὃν ἂν
χρόνον τοῦτο γίνηται, καὶ μᾶλλον γε ὅταν ἀμετρία πυρώ-
δους θερμοσίας ἠθροισμένης ἐν ἐγκεφάλῳ, συμβαίνει τι
τοιούτον.

ιδ'.

[710] Τοῖσιν ἐξισταμένοισι μελαγχολικῶς, ὅσι τρόμοι
ἐπιγίνονται, κακότητες.

sus obiit; non quod alba dejecerit torpore vel morte ac-
cita, sed propter morbi magnitudinem, cujus signum alba
dejectio fuit. Rigorem vero ipsis contingere pessimum
non simpliciter est intelligendum; nempe et interdum cri-
ticus rigor super apparet phreniticis morbum sudoribus
solvens; sed sane rigorem perniciosum dici eo tempore est
existimandum quo alba excernunt. Nempe in libris de
crisibus in morbo crudo crisin bonam fieri non posse est
demonstratum; crudus autem est in quo una cum sanguine
bilis sursum fertur quocumque tempore id fiat; magisque
quum tale quiddam ex igneae caliditatis in cerebro col-
lectae immoderatione contingit.

XIV.

*Mente ob melancholiam oberrantibus, quibus tremores su-
perveniunt, malignum.*

Ed. Chart. VIII. [710.]

Ed. Bas. V. (175.)

Μελαγχολικὴν ἔκστασιν ἀκουστέον τὴν σφοδρὰν καὶ
 θηριώδη· γίνεται δ' αὕτη διαβρεχοῖσης τὸν ἐγκέφαλον ξαν-
 θῆς χολῆς κατοπηθείσης· ἐμάθομεν δὲ ἐν τῷδε τὴν με-
 ταβολὴν αὐτῆς εἰς τὸ μέλαιναν ποιεῖσθαι. ὅταν οὖν ἐπὶ
 τῇ τοιαύτῃ διαθέσει τρόμος γίνηται, μεγάλως ὑπέξηράνθαι
 δηλοῖ τὰ νεῦρα καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον ὀλεθρίως ἔχειν.
 οὐ καλῶς οὖν ἠρμήνευσεν εἰπὼν κακότητες. ἐσχάτως γὰρ
 ὀλέθριον ὄν τὸ σύμπτωμα προσηγορίας ἐτέρας ἐδεῖτο. τὸν
 γοῦν ἐκστάντα μελαγχολικῶς ἐπιγινόμενου τρόμου βεβαίως
 τις ἀποθανεῖσθαι λέγων οὐκ ἂν ἁμάρτοι. κακοήθη δὲ νο-
 σήματα καλοῦμεν ὅσα κίνδυνον ἀπειλοῦντα τοῖς κάμνουσιν
 οὐκ ἀποκόπτει τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. βέλτιον οὖν εἰ-
 ρῆσθαι τὴν γεγραμμένην συνδρομὴν ὀλέθριον ἢ θανατικὴν
 ἢ τι τοιοῦτον.

 ιε'.

Οἱ ἐκστάντες ὀξείως ἐπιπυρέξαντες σὺν ἰδρωτί φρενιτικοὶ
 γίνονται.

Melancholicam ecstasin mentis motionem oberratio-
 nemque intelligere oportet vehementem et ferinam, quae
 irrigante cerebrum affata flava bile oritur; nempe et ex
 hoc commentario permutari eam in nigram didicimus.
 Quum igitur talem ob affectionem tremor fiat, vehemen-
 ter exsiccatos ostendit nervos, atque ob id hominem let-
 taliter habere. Non recte ergo enunciavit, quum dixit,
 malignum, nam quod summe perniciosum existit symptoma
 aliam exigebat appellationem. Qui ergo ex atra bile mente
 aberrantem, superveniente tremore certo moriturum affir-
 mat non fallitur, morbos autem malignos appellamus,
 quicumque periculum minantes spem salutis non adimunt.
 Melius igitur erat scriptam concursionem dici vel perni-
 ciosam vel mortiferam vel quiddam hujusmodi.

 XV.

Insanientes acute in febrem relapsi cum sudore phrenitici fiunt.

Ed. Chart. VIII. [710.]

Ed. Bas. V. (175.)

Ἀσύμφωνον μὲν καλοῦμεν τὴν τοιαύτην ἐρμηνείαν. ἀσαφὴς δ' αὐτῶν ἢ διάνοια γίνεται, δυναμένων ἀλλήλοις ἀπάντων τῶν ὀνομάτων συνάπτεσθαι τε καὶ χωρίζεσθαι. μία μὲν γὰρ ἔστι σύνθεσις αὐτῶν, οἱ ἐκσιάντες ὄξϊως, εἴτ' ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἐπιπυρεξῆσαιτες ὄξϊως. ἄλλη δ' αὖ πάλιν σύνθεσις τὸ σὺν ἰδρωτί, ποιέ μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ, ποιέ δὲ τῷ μετ' αὐτὸ σννταιτόμενον. δύναιται γὰρ καὶ οὕτως ἢ ῥῆσις ἀναγνωσθῆναι, ἐπιπυρεξῆσαιτες σὺν ἰδρωτί, κάπειτα ἀφ' ἐτέρας ἀρχῆς φρενιτικοὶ γίνονται. δύναται δὲ καὶ σὺν ἰδρωτί φρενιτικῶς αὐτοὺς γίνεσθαι λέγειν ὁ γράψας ταῦτα. δῆλον οὖν ἔστιν ὅπερ αἰεὶ λέγω τὰς ἀσαφεῖς ἐρμηνείας οὐδὲν διδάσκειν. ἐννοήσαντας γὰρ ἡμᾶς τὸ ἀληθὲς ἐφαρμοσάαι χρὴ δυναμένη λέξει προσέσθαι τὸν λόγον ἢ κατατριβῆναι μὲν χρόνου πάμπολυ, οὐδὲν δ' ἡμᾶς ἐπιμαθεῖν. ἐν ἣ γὰρ χρήσει παρ' αὐτοῦ χρὴ φέροντα τὸ ἀληθὲς ἐφαρμοῶζειν πειραῶσθαι ταῖς κατὰ μέρος λέξεσιν, ἐν ταύτῃ βοήθεια μὲν τις ἐξ ἡμῶν τῇ ῥῆσει γίνεται, κινδυνευούσῃ φανῆναι μοχθηρᾶ,

Consonantia alienam talem dicimus enunciationem; sed obscura hujus intelligentia ideo fit, quod nomina inter se omnia tum conjungi tum separari possunt. Componuntur siquidem uno tali haec modo, *mente oberrantes acute*; deinde altero principio *superfebrientes acute*. Rursus quoque et alia est orationis hujus, *cum sudore* compositio, quae aliquando quidem praecedenti, aliquando vero et sequenti coordinatur. Potest enim et ita dictio legi, *superfebrientes cum sudore*, deinde altero principio *phrenitici fiunt*; potest etiam et qui haec scripsit, quod cum sudore phrenitici hi fiunt enunciare. Constat itaque quod semper dico, nihil obscuras enunciationes docere; siquidem nos excogitata veritate eam dictioni, quae rationem admittere potest, accommodare oportet aut temporis plurimum conterere nihilque addiscere; quatenus enim singulis dictionibus ab auctore acceptis veritas accommodanda nobis est, eatenus juvamen quoddam a nobis dictioni accedit periclitanti, ne videatur vitiosa, caeterum nihil ab ea

Ed. Chart. VIII. [710. 711.]

Ed. Baf. V. (175.)

διδασκόμεθα δὲ οὐδὲν ἐξ αὐτῆς. ἀλλὰ καίτοι τούτων οὕτως
 ἐχόντων καὶ φαινομένης ἐναγοῦς τῆς τῶν ἀσαφῶν ἀχρη-
 στίας, ὅμως οὐκ ὀλίγοι τῶν σαφῶν συγγραμμάτων ἡδίων
 ὁμιλοῦσι τοῖς ἀσαφέσι. μὴ τοίουν ἐμὲ τοῦ μήκους τῆς
 ἐξηγήσεως μέμψαιτ' ἂν τις, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ἄλογον ἐπι-
 θυμίαν ὅσοι τὰ τοιαῦτα βιβλία προθύμως ἀναγινώσκουσιν.
 ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι οὐχ ἑκὼν ἐπὶ τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν ἦκω
 οἱ ἐταῖροι πάντες ἴσασι καὶ μάλιστα οἱ τῶν νῦν γραφομέ-
 νων αἴτιοι. μοχθηροῦς δὲ πάντων ἐξηγησαμένων τὸ σίγ-
 γραμμα τοῦτο, κἀγὼ τοῖς ἀναγκάσασί με πεισθεῖς ἐπὶ τὴν
 ἐξήγησιν ἦκον, ἧς αὐθις ἀρξάμενοι λέγομεν. εἰ μὲν συνά-
 ψαντες ἀλλήλοις τό τ' ἐκστάντες [711] καὶ τὸ ὀξέως,
 ἔπειτα δὴ σιωπήσαντες εἶπομεν, ἐπιπυρέξαντες σὺν ἰδρωτί
 καὶ πάλιν ἐφεξῆς, φρενιτικοὶ γίνονται, τὴν ἐξήγησιν ποιη-
 σόμεθα τοιάνδε. πρῶτον μὲν ἐπισκεψόμεθα τὸ κοινὸν ἄπο-
 ρον ἀπασῶν τῶν ἀναγνώσεων. ἐκστάντας γὰρ ὀξέως εἶπεν
 ἐν ἀρχῇ, οὗς κατὰ τὴν τελευταίην τῆς ῥήσεως ἔφη φρενι-
 κούς γίνεσθαι, ὥσπερ οὐχὶ καὶ τῶν ἐκστάντων ἤδη φρενι-

docemur. Quamquam vero haec ita habeant, videaturque
 conspicua esse obscurorum inutilitas, non pauci tamen li-
 bentius in obscuris quam manifestis versantur operibus.
 Nemo igitur expositionis prolixitatem mihi obiiciat, sed
 irrationabile accuset eorum desiderium, qui libros hujus-
 modi legunt alacriter. Nempe quod invitus ad horum ex-
 planationes veniam familiares mei omnes noverunt et po-
 tissimum qui me ad ea quae nunc scribuntur incitaverunt.
 Quum igitur librum hunc perperam omnes exposuerint,
 aggressus sum et ipse expositionem, ab iis persuasus qui
 me impulerunt; a qua rursus incipientes dicimus; siqui-
 dem simul conjunxerimus et mente aberrantes et adver-
 bium acute; deinde silentio facto dicamus, superfebrientes
 cum sudore et deinceps phrenitici fiunt, talem faciemus
 expositionem. Sed primum quidem lectionum omnium
 commune dubium consideremus. Nam mente aberrantes
 acute dixit per exordia, quos in calce dictionis phreniti-
 cos fieri dixit; tanquam mente aberrantes non jam phre-

Ed. Chart. VIII. [711.]

Ed. Bas. V. (175. 176.)

τικῶν ὄντων. ἐροῦμεν οὖν κατεσπᾶσθαι τὴν λέξιν ἐνδεικνυμένην διὰ τοῦ ἐπιπυρέξαντες, τὸ καὶ πρότερον αὐτοῦς, οἵπερ ἐξέστησαν, ὀξέως πυρέτιοντας ὕστερον παύεσθαι, κάπειτα πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς πυρέξαι σὺν ἰδρωτί. τούτους οὖν φησι φρενιτικούς γίνεσθαι. τὸ μὲν οὖν ὅτι γενήσονται φρενιτικοὶ λογισάμινος ἐκ τῆς ἔμπροσθεν αὐτοῖς γενομένης παρακοπῆς σφοδρᾶς, ἣν διὰ τῆς ἐκστάντες ἐδήλωσε φωνῆς. ἐκ δὲ τοῦ σὺν ἰδρωτί τὴν ὑποστροφὴν γίνεσθαι βεβαιούμενος τὴν ὑπόνοιαν, ἐπειδὴ τὰς τοιαύτας εἰσβολὰς τῶν πυρετῶν, ἂν τ' ἐξ ἀρχῆς ἂν τε μεθ' ὑποστροφῆς γίνωνται, πλήθος ἴσμεν ἐνδεικνυμένας. ἐπεὶ τοίνυν ὅσα περιττὰ κατὰ τοὺς χυμοὺς ἢ ἐν ποσότητι ἐν αὐτοῖς ἢ ἐν ποιότητι ἀθροίζεται κατὰ τὸ σῶμα, ταῦτα ἐπὶ τοὺς πεπονθότας εἴωθε ῥεῖν τόπους, ἐπεπόνθει δὲ τούτοις ὁ ἐγκέφαλος, οὐκ ἂν γὰρ ἐξέστησαν ὀξέως ἂν ἐπιπυρέξωσι καὶ μάλιστα μεθ' ἰδρωτός. εὐλογον οὖν ἐστὶν ἐλπίζειν φρενιτικούς οὕτως (176) ἔσεσθαι. γνωσθήσεται γὰρ ἢ διάθεσις αὐτῶν ὅλη τοιάδε τις οὕσα, πλήθους χολωδῶν δριμέων εὐθύς

nitici existant. Distrahi ergo dictionem dicimus per verbum superfebrientes, quod ostendit prius eos, qui mente aberrarunt, acute febrientes postea desinere; deinde rursus ex recidiva febrile cum sudore; hos itaque phreniticos fieri ait; quod phrenitici quidem fient ex vehementi ea, quae ipsis ante facta est desipientia, quam per orationem mente aberrantes indicavit, arbitratus; ex eo vero, quod cum sudore recidiva fiat confirmans suspicionem; quoniam tales febrium invasiones sive ab initio sive cum recidiva fiant plenitudinem significare nobis constat. Quoniam igitur quae ex humoribus vel quantitate vel qualitate superflua in corpore colliguntur fluere in affectos locos consueverunt; affectum autem fuerat cerebrum, non enim mente moti fuissent acute si superfebrierint et praesertim cum sudore; ratione sane optima phreniticos ita fore est sperandum. Nota siquidem tota horum affectio ita evadet quae talis est. Copia bilioforum acrium prote-

Ed. Chart. VIII. [711.]

Ed. Bas. V. (176.)

ἐν ἀρχῇ φρένιτος ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐκστῆναί τι συμβαίνει, τοῦτου δ' αὖθις εἰς ἕτερόν τι μέρος μεταρρύνετος παύσασθαι τὴν ἐκστασιν. ἂν δ' ἐπιπυρξέωσιν οὗτοι μεθ' ἰδρωῶτος, ἐπὶ τὸ πεπονθὸς αὐτοῖς παλινδρομήσει τὸ χολῶδες πλῆθος, ὡς γενέσθαι φρενιτικούς. ἔαν δὲ τὸ ὀξείως τῷ ἐπιπυρξέαντες συντάξωμεν, ὁ λόγος ἔσται τοιοῦτος. οἱ ἐκστάντες εἴτα παυσάμενοι καὶ πάλιν ἐπιπυρξέαντες ὀξείως σὺν ἰδρωῶτι φρενιτικοὶ γενήσονται, τῆς προρρήσεως καὶ ταύτης καὶ τῆς προειρημένης οὐκ ἐχούσης τὸ διηνεκές, ἀλλ' ὡσπερ καὶ ἄλλαι πολλαὶ τὸ πλειστάκις. ἔαν δὲ τῷ σὺν ἰδρωῶτι τὸ φρενιτικὸν γενήσονται συντάξωμεν, ὁ λόγος ἔσται καθ' ἐτέραν ἀνάγνωσιν τῶν προειρημένων κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως τοιούδε· κατὰ μὲν τὴν προτέραν οἱ ἐκστάντες ὀξείως, εἴτα ἐπιπυρξέαντες, φρενιτικοὶ σὺν ἰδρωῶτι γίνονται· κατὰ δὲ τὴν β' οἱ ἐκστάντες φρενιτικοὶ σὺν ἰδρωῶτι γίνονται. καὶ δύναται μὲν ὁ γράψας ταῦτα τοιοῦτον ἄρῶσιστον ἔωρακέναι, τὸ πολλάκις δὲ προειρημένον οὐχ ἔξει. πολλὰ μέντοι καὶ

nus ab initio ad cerebrum fluente mente moveri cuiusdam contingit; quae si rursus aliam in partem transluat, definit mentis motio; si vero hi superfebrierint, cum sudore in affectum locum recurret biliosorum copia, ita ut phrenitici fiant. Si vero adverbium acute nomini superfebrientes composuerimus, talis erit sermo: mente aberrantes deinde definentes et rursus superfebrientes acute cum sudore phrenitici fiunt. Sed praedictio tum haec tum antedicta, quod perpetuum sit non habet, sed quod maxima ex parte sit, veluti et aliae multae. Verum si orationi huic cum sudore orationem hanc phrenitici fiunt junxerimus, sermo secundum alteram earum, quae in capite enarrationis dictae sunt, lectionem talis erit, secundum priorem quidem: *mente aberrantes acute, deinde superfebrientes phrenitici cum sudore fiunt*; secundum vero alteram: *mente aberrantes deinde acute superfebrientes phrenitici cum sudore fiunt*. Potest quidem et qui haec scripsit talem aegrum vidisse, sed quod saepius praedictum sit

Ed. Chart. VIII. [711. 712.]

Ed. Bas. V. (176.)

ἄλλα τῶν κατὰ βιβλίον τοῦτο γεγραμμένων οὐκ ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενα, τοῦ γράψαντος αὐτὰ θεασαμένου μὲν τινὰς ἀρρώστους τοιούτους, οὐπω δὲ γινώσκοντος εἴτε τὸ διηγεῖς ἔχουσιν εἴτε τε τὸ πλειστάκις. ἔοικε γὰρ ἐκ τηρήσεως μᾶλλον οὐ τῆς τῶν παθῶν οἰκείας κατασκευῆς ὁ γράψας ταύτας ἀποφάσεις ἐθέλειν ποιῆσθαι. τῷ δ' οὕτως ἀθροίζοντι τὴν ἰατρικὴν θεωρίαν οὐχ ἑκατὸν, ἀλλὰ χιλίων εἰῶν ἔστι χρεία καὶ διὰ τοῦτο τὴν μικρὰν καὶ ταπεινὴν ὁ Ἰπποκράτης ἠΐξῃσεν ἐπὶ πλείστον, οἷς ἕκ τε τῆς ἱστορίας ἔμαθε καὶ αὐτὸς ἐθεάσατο τὴν λογικὴν κρίσιν προσθεῖς. ἕκ πολλῶν οὖν ὑπονοήσαιεν ἂν τις οὐκ εἶναι τοῦ Ἰπποκράτους σύγγραμμα τὸ βιβλίον τοῦτο, πολυλογεῖ γὰρ ἐμπειρικῶς αὐτὸ συνθεῖς, μὴ δυνάμενος εἰς τὸ καθόλου λογικῶς ἀναγαγεῖν τὰ θεωρήματα.

ιστ'.

[712] Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπύται, ψόφου καθαρτόμενοι, τρομάδες.

non habebit. Multa vero et alia ex his, quae in hoc libro scripta sunt, non magna ex parte fiunt, quum auctor quidem hujus libri nonnullos tales aegros viderit, nondum vero cognoverit an id quod semper fit an quod magna ex parte habuerint. Nempe ex observatione magis, non ex peculiari affectionum conditione, auctor has enunciationes velle facere est visus. Qui autem medicam speculationem ita congerit, is non centum, sed mille annis opus habet; atque ob id parvam humilemque eam plurimum adauxit Hippocrates, iis quae et ex historia didicit et ipse inspexit logicam adiiciens censuram. Ex multis igitur opus Hippocratis librum hunc non esse quis existimaverit; multa siquidem loquitur, quae empirice composuit nec theoremata ad universale rationabiliter reducere valens.

XVI.

Phrenitici pauculum bibentes levi strepitu quum turbantur, tremuli.

Ed. Chart. VIII. [712.]

Ed. Bas. V. (176.)

Οὐκ αὐτοὶ ψόφου καθαπτόμενοι βέλτιον ἢν εἰπεῖν, ἀλλ' ὧν ὁ ψόφος καθάπτεται. τὸ μέντοι λεγόμενον ἀληθές ἐστιν, ὑπὸ γὰρ τῶν ψόφων θορυβοῦνται, παραπλησίως τοῖς δειλοῖς, ὅταν ἐξαίφνης ἀκούσωσι μεγάλης βροντῆς ἢ θηρίων τι θεάσωνται πλησίον. ἀλλὰ καὶ βραχυπόται πάντως εἰσὶν οἱ φρενιτικοὶ, καίτοι διάθεσιν ἔχοντες θερμὴν καὶ ξηρὰν ὥστε καὶ τὴν γλῶτταν ἔχειν διὰ τὴν πολλὴν ξηρότητα τραχεῖαν. εἰδίδαξε δὲ ὁ Ἱπποκράτης ἡμᾶς ὅτι τοῦτοις ἢ γνώμη νοσεῖ, κατὰ τὸν ἀφορισμὸν, ἐν ᾧ φησιν, ὁκόσοι πονέοντες τι τοῦ σώματος τὰ πολλὰ τῶν πόνων μὴ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἢ γνώμη νοσεῖ. καὶ μέντοι καὶ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῇ λοιμώδει καταστάσει περὶ τῶν φρενιτικῶν αὐτὸς εἶπεν, ἄδιψοι δὲ οὗτοι πάνυ ἦσαν. τρομώδεις δὲ οὐ πάντες ἐγίνοντο οἱ φρενιτικοί, ἀλλ' οἱ χεῖριστα διακείμενοι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρόσθεν. ἔνιοι δὲ βραχυπόται γράψαντες ἀξιοῦσιν ἀκοῦειν τοὺς ὑποτιοπουμένους τὰ βραχύτατα, καὶ τοῦτο μαρτυρεῖν φασὶ τὸ ψόφου καθαπτό-

Non hi strepitum tentantes sed quos strepitus tentat dicere erat melius. Quod vero dicitur verum existit; nempe ob strepitus tumultuantur, non secus quam timidi, quum magnum aliquod tonitruum derepente audierint vel feram aliquam propius conspexerint. Prorsus item paucibibae sunt phrenitici quamquam affectionem habeant calidam et siccam, ita ut et linguam prae multa siccitate asperam habeant; sed docuit nos Hippocrates mentem his aegrotare in eo aphorismo, qui ita habet: *quicumque parte aliqua corporis dolent, atque ut plurimum dolores non sentiunt, hi smens aegrotat.* Praeterea in tertio epidemiorum ubi de pestifero agit statu, de phreniticis idem inquit: valde autem hi sine siti erant. Non autem phrenitici omnes tremorem incurrunt sed qui deterrime habent, ut dictum etiam est supra. Quidam vero qui βραχυπόται, *parum suspicantes*, scripserunt, volunt intelligi metuentes ea quae maxime sunt exigua; ajuntque rei huic fidem facere quod dicitur, ψόφου καθαπτόμενοι, id est ταραττόμενοι, turbati,

Ed. Chart. VIII. [712.]

Ed. Bas. V. (176.)

μενοι, τουτίστι ταρατιόμενοι, διά τὸ καὶ βραχύτατα ὑποτοπεῖσθαι, τουτέστιν ἰποπεύειν.

ιζ'.

Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνῆ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, μανικά· οἷον καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐμμανεῖσα ὀξείως ἀφωνος ἀπέθανε.

Εἰ τινὰς που θέρους ὥρα καύματος ἰσχυροτάτου διὰ κόνεως ὁδοιπορήσαντας, τεθείασαι ξηροὺς ἰκανῶς ἔχοντας τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς δοκεῖν τοῦ καλουμένου χνοῦ μεστοὺς εἶναι, τούτους ἐν νῶ λαβῶν νοήσεις ὃ βούλεται δηλοῦν ἢ προκειμένη ῥήσις. ἔστι γὰρ τῶν κατ' αὐτὴν εἰρημένων τὸ κυριώτατον τοῦτο. κοινὸν μὲν οὖν τῶν τε μαραιομένων καὶ τῶν σφοδρότατα φρενιτιζόντων, οὐ μὴν δυσχερῆ τὴν γνῶσιν ἔχόντων τῶν μαραιομένων ἐωρακότι ποιεῖ καὶ ἕνα. τοῖς μὲν γὰρ μαραιομένοις ἐκείτηκε πᾶν ὅσον ἐστὶ κατὰ τὸ πρόσωπόν τε καὶ τοὺς κροτάφους σαρκῶδες, ἅμα τῷ καὶ

propterea quod ea quae maxime exigua sunt, ὑποτοποῦνται, id est ὑποπεύουσι, *suspiciantur.*

XVII.

Ex vomitu fastidioso vox clangens oculique sordes habentes insaniam portendunt; ut Hermozogae uxori, quae vehementi insania acute correpta muta obiit.

Si aestivo tempore per vehementissimum aestum, via pulverulenta proficiscentes quosdam videris resiccatis ita oculis ut pulvere pleni videantur, eosque animo fueris complexus, quid praefens dictio indicare velit intelliges; nempe id eorum quae in ea dicuntur maxime proprium existit, commune nimirum et tabescentium et vehementissima phrenitide laborantium; neque ei cognitu difficile, qui ex tabescentibus unum aliquando etiam conspexerit. Nempe tabescentibus colliquatum est id omne quod tum in facie tum in temporibus carnosum existit, factis una

Ed. Chart. IX. [712. 713.]

Ed. Bas. V. (176.)

τοὺς ὀφθαλμοὺς κολλοὺς ἱκανῶς γεγυμέναι. οἱ φρενιτικοὶ δὲ χωρὶς τούτων τὸν ὀφθαλμὸν ἐπίχουσι ἔχουσι, πρὸς τῷ καὶ τὸ βλέμμα θρασὺ μὲν τοῖς φρενιτικοῖς, δειλὸν δ' εἶναι τοῖς μαραινομένοις. ὁ δὲ ἀσώδης ἔμετος κοινὸν μὲν σύμπτωμα τοῖς τοιοῦτοις φρενιτικοῖς ἐστὶ πρὸς τινὰς τῶν κακοήθων πυρετῶν, ὡσπερ καὶ ἡ κλαγγώδης φωνή. γίνεται δὲ ὁ μὲν ἀσώδης ἔμετος ἐπὶ τε χολαίδει καὶ σακνώδει χυμοῦ, ἡ φωνὴ δὲ κλαγγώδης διὰ ξηρότητα φωνητικῶν ὀργάνων, ὡς ἐν τοῖς περὶ φωνῆς ὑπομνήμασι δέδεικται. ὅταν οὖν τοῖς φρενιτικοῖς ταῦτα συμπίσσι, μανιωδῶς παραπαίουσιν, ὅπερ ταῦτὸν βούλεται σημαίνειν τῷ σφοδρῶς καὶ γίνεται τοῦτο διὰ τε τὴν κακοήθειαν τοῦ χυμοῦ καὶ τὴν ἀμετρον ξηρότητα, διὸ καὶ ἄφωνοι γίνονται.

ιη'.

[713] Ἐν πυρετῷ κανσώδει ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ καὶ κατὰ τὰς ῥίνας προσελθόντος βάρους, ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

et cavis admodum oculis. Phrenitici vero absque his oculum habent pulverulentum. Praeterea phreniticis aspectus audax feroxque; marcescentibus timidus existit. Vomitus autem fastidiosus commune quidem symptoma talibus est phreniticis cum malignis quibusdam febribus, veluti et vox clangorosa. Fit autem hujusmodi vomitus ex humore tum bilioso tum mordenti; vox vero clangorosa propter siccitatem voci asservientium instrumentorum, ut in commentariis de voce ostendimus. Quum igitur phreniticis haec obtigerint, ferine desipiunt; quod idem cum vehementer vult significare; fitque tum propter humoris malignitatem tum propter immoderatam siccitatem; quo fit ut et mūtī evadant.

XVIII.

In ardente febre si aurium tinnitus cum visus hebetudine fuerit proveneritque in naribus gravitas, mente ex melancholia aberrant.

Ed. Chart. VIII. [713.]

Ed. Bas. V. (176.)

Γίνεται μὲν ὁ καυσώδης πυρετὸς καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, ὡσαύτως δὲ καὶ διὰ τὸν ἐγκέφαλον φλεγμαίνοντα. τοῦτο γὰρ ἔπεται καὶ ἡ διηνεκῆς παραφροσύνη ἐκ τῶν οἰκείων τῆς φρενίτιδος σημείων. ἐκ δὲ τοῦ πλεονάζοντος ὑγροῦ τῆ κεφαλῆ γεννᾶται πνεῦμα φουσῶδες, διὸ καὶ οἱ ἦχοι γίνονται. ὡσαύτως καὶ ἀμβλυωγμὸς παχέος τινὸς ὑγροῦ ἢ πνεύματος ἐπιπίπτοντος τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ῥίνας ἐμπεσὼν ὑγροῦ πλῆθος αἴσθησιν ποιῆ βάρους ἐν αὐταῖς. εἰκὸς δ' ἔσθ' ὅτε γίνεσθαι τὴν τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων συνδρομὴν καὶ διὰ συνεχῆ πυρετὸν χολαίδους ἴλης ἐμπερομένης ταῖς φλεψὶ καὶ στεγομένης ἐκείσε, ἕξις καὶ πνεύματα φουσώδη πρὸς τὴν κεφαλὴν πέμποντα πρὸς ὠτὰ τε καὶ ὀφθαλμοὺς, πλῆθὸς τε κατὰ τὰς ῥίνας ὑγροῦ. εἰ δέ που ἐγκαυθῆ, εἴτ' ἐν τῇ κεφαλῇ ἢ ξανθὴ χολὴ εἴτ' ἐν ὄλῳ τῷ σώματι, πρὸς τὸ μελαγχολικώτερον ῥέπει, κάκειθεν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

Febris ardens tum ob alias causas tum propter cerebri inflammationem aequè fit; nempe et huic succedit ex propriis phrenitidis signis continua desipientia. Ex ea vero quae in capite redundat humiditate spiritus flatuosus procreatur, quapropter et aurium tinnitus fiunt; pari modo caligo quum crassus quidam humor vel spiritus oculos invadit. Naribus praeterea ingruens humoris copia sensum gravitatis in ipsis facit. Probabile est autem et nonnunquam dictorum symptomatum concursionem propter assiduam fieri febrem ex biliosa materia, quae per venas fertur inibique est condita; a qua flatuosi spiritus ad caput mittuntur, adque aures et oculos atque ad nares humoris copia. Quod si flava bilis quodammodo exusta sive in capite sive in toto corpore fuerit, ad id quod melancholicum magis est vergit, atque hinc in cerebrum ipsum emittitur; ob idque mente ex melancholia moventur.

Ed. Chart. VIII. [713.]

Ed. Baf. V. (176. 177.)

ιδ'.

Αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγῶδει, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεις, καὶ αὗται τρομώδεις γενόμεναι ἐξίστανται, σκληροσμός τουτέοισιν ὀλέθριον.

Ὅταν ἐπὶ φρενίτιδι παραφροσύνη γένηται θεριμὸν οὔση καὶ ξηρὸν πάθος, τῇ ἐν αὐτῇ δὲ ξηρότητι μεταδοθείση τῇ τραχίᾳ ἀρτηρίᾳ, γίνεται ἡ φωνὴ κλαγγώδης, ὡσπερ τῷ ταῖς ὑγρότησιν ἀναποθείσαις βρογχώδης, ἀλλ' οὐχ ὡς ἴδια τῆς φρενίτιδος. γίνονται γὰρ καὶ ἐτέροις νοσήμασιν, οὐδὲ γὰρ συνυπάρχουσι διηλεκῶς τῇ φρενίτιδι. ὁ γοῦν τρόμος γίνεται τῇ γλώσσῃ, διὰ τὴν ἐκ τοῦ προειρημένου πάθους ξηρὰν δυσκρασίαν ἀιοησάσης τῆς ψυχικῆς δυνάμεως. σπασμοὶ δὲ τῇ τῶν ἐν αὐτῇ μυῶν ξηρότητι ἔπονται, τῇ κεφαλῇ συμπασχόντων. ὡσπερ καὶ ἡ φωνὴ τρομώδης δι' ἀτονίαν (177) ὑπὸ τῆς αὐτῆς δυσκρασίας. ταῦτα δὲ σύμπαντα τὰ προειρημένα συμπτώματα δι' ἐπίτασιν γινόμενα τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ ξηρότητος ἔκστασιν δηλοῦσι γενέσθαι. τούτοις δὲ

XIX.

Desipientiae cum voce clangente linguaeque convulsiones tremulae et voces ipsae tremulae evadentes, mentis indicant alienationem, duritiesque his perniciofa.

Quamquam ex phrenitide, quae calida et sicca est affectio, desipientia profiscatur, atque ex ipsius siccitate, quae asperae arteriae communicata est, vox clangosa fiat, veluti et ex humiditatibus imbibitis rauca; non tamen propria phrenitidis existunt, nempe et aliis in morbis reperiuntur et non perpetuo simul phrenitidi insunt. Tremor igitur linguae accidit debilitata propter siccam praedictae affectionis intemperiem animali facultate; convulsiones vero siccitatem musculorum ipsius una cum capite affectorum consequuntur; sicuti et vox obtremiscit propter infirmitatem, quae ab horum contracta est intemperie. Praedicta autem haec omnia symptomata, quae ob siccitatis capitis intensionem fiunt, mentis motionem fieri

Ed. Chart. VIII. [713. 714.]

Ed. Bas. V. (177.)

πάσι σκληρυνθέντι ολίθριον διὰ τὴν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἀμε-
τρον γεγονῦσαν ξηρότητα,

α'.

Αἱ τρομώδεις γλωῖσαι σημεῖον οὐχ ἰδρυμένης γνώμης.

[714] Εἶρηται μοι πολλάκις ὡς αἱ τρομώδεις γλωῖσαι δι' ἀσθένειαν τῆς ψυχικῆς δυνάμεως γίνονται. σημεῖον δ' ἐστὶν οὐχ ἰδρυμένης γνώμης, διὰ τὸ ἐπὶ τῇ φρενίτιδι γίνεσθαι. πάσχοντος γὰρ τοῦ ἐγκεφάλου καὶ τοῦ πάθους ὄντος θερμοῦ ἡρεμεῖν οὐ δύναται. ὡσπερ γὰρ τοῦ ψυχροῦ τὸ ποιεῖν σιάσιμα δυσκίνητά τε καὶ ἀκίνητα ἐν οἷς ἐμφιλοχωρήσει, οὕτως τοῦ θερμοῦ τὸ κινεῖν ἀεὶ καὶ μὴ ἔαν ἡρεμεῖν. μέλλων οἶν ὁ Ἰπποκράτης δηλώσαι τὴν ἐν τῇ κεφαλῇ διάθεσιν ὅποια τις ἐστίν, οὐχ ἰδρυμένην γνώμην ὠνόμασεν. οὐκ ἔστι δὲ ἡ τρομώδης γλωῖσσα τῶν οἰκείων τῆς φρενίτιδος σημείων ἐνταῦθα, ἀλλὰ τῶν κατὰ συμπά-

indicant. Universis autem his induratis perniciosum propter immoderatam eam, quae in cerebro facta est, siccitatem.

XX.

Linguae tremulae signum non constantis mentis.

Dixi saepius linguas ob facultatis animalis imbecillitatem contremiscere, estque signum non constantis mentis quod ex phrenitide fiat; patiente liquidem cerebro calidaque existente affectione quiescere non potest. Nempe ut frigidi est tum stabilia tum difficile mobilia tum immobilia ea efficere, in quibus moram facit, sic calidi movere semper et non sinere quiescere. Ostensurus igitur Hippocrates qualisnam capitis affectio sit, non constantem mentem nominavit. Non est autem hic tremor linguae peculiare phrenitidis signum, sed per sympathiam com-

Ed. Chart. VIII. [714.]

Ed. Bas. V. (177.)

θειαν πασχόντων εϊέρω τινί προτοπαθοῦντι ἢ διὰ γειννία-
σιν ἢ διὰ κοινωνίαν τῶν ἐν αὐτῇ μορίων.

κα'.

Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες
ἐπάνθισμα κακόν· ἄλλως τε καὶ ὄσφυν προηληγότει καὶ
παρενεχθέντι.

Ὅτι μὲν ὁ ἀφρὸς γίνεται διὰ ψύξιν καὶ διὰ θερμό-
τητα δῆλον ἐκ τοῦ τοὺς ἀνέμους ἀφρούς ἐμποιεῖν τοῖς ὕδα-
σι καὶ τὴν ἐν τῷ λέβητι ζέουσαν θερμοσίαν. τὸ γοῦν ἐν
τοῖς χολώδεσι διαχωρήμασιν ἀφρῶδες ἐπάνθισμα, οἷον ἄν-
θος ἄνωθεν ἐπικείμενον, ζέσιν οὐ μικρὰν ἐνδείκνυται τῆς
τοιαύτης χολῆς. προσδυνῶνται δὲ τὴν ὄσφυν διὰ τὸ θρι-
μείαν εἶναι καὶ δακνῶδη τὴν ἐν τοῖς ἐντέροις διερχομένην
χολήν. τοῦ γὰρ τοιούτου διαχωρήματος παρενεχθέντος τοῖς
ἐντέροις, οὐ τοῖς κατ' ὄσφυν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς,
ὀδύναί τούτοις ἐπακολουθοῦσι.

patientium alteri cuidam primum patienti vel propter vi-
cinitatem vel propter societatem quae in ea sunt partium.

XXI.

*In biliosis sincerisque dejectionibus spumosa efflorescentia
malum tum alias tum ei qui lumbis ante doluerit et
desipuerit.*

Quod spuma tum propter frigiditatem tum propter
caliditatem fiat indicium faciunt tum venti in aquis ipsis
spumam concitantes, tum effervescens ea quae in lebetē
est caliditas. In biliosis igitur dejectionibus spumosa ef-
florescentia veluti flos superne incumbens bilis hujusmodi
fervorem non modicum ostendit. Sed lumbis ante dolent,
propterea quod bilis per intestina penetrans acris sit et
mordax; tali siquidem excremento per intestina deducto
translatoque non lumbos modo, verum quoque et reliquas
partes dolores subsequuntur.

κβ'!

Τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τουτέοισιν ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει.

Ἐλλιπῶς οὕτως καὶ ἀπροσδιορίστως ῥηθῆεις ὁ περὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν πλευρῶν λόγος ἀσάφειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐμποιεῖ. ἀλλ' ἡμεῖς σπουδάζοντες ἐν σαφεῖ διδασκαλίᾳ τὰ πρὸς αὐτοῦ ἀσαφῶς εἰρημένα διδάξαι τῆς ἐξηγήσεως ἐφαψόμεθα. ἀραιὰ ὀδύνη γίνεται ἐν πλευραῖς, ὅταν τι φυσῶδες πνεῦμα γεννᾶται ἐν αὐταῖς. τοῦτ' οὖν καταλεπτυνθὲν καὶ διασπορηθὲν παύει τὴν ὀδύνην, εἴθ' ὕστερον πάλιν ἔτερον γεννηθὲν αἴξει ταύτην. ἢ γοῦν οὕτως ἀραιὰ γιγνομένη ὀδύνη παραφροσύνην οὐ σημαίνει. ὅταν δὲ φλεγμαῖνη ἢ πλευρὰ καὶ ποτὲ μὲν συνεχοῦς αἰσθάνεται τῆς ὀδύνης ὁ κάμων, ποτὲ δὲ διὰ χρόνου δείκνυσι τὴν γνώμην νοσεῖν, οὐχὶ παντελῶς σημεῖον γοῦν τὸ τοιοῦτο παραφροσύνης.

XXII.

Rari in his laterum dolores delirium significant.

Καὶ τοῦτον τοῦ λόγου τὸ καθόλου πολλάκις εἴρηται, πάντων τῶν ἀλόγων ἀφανισθέντων κακὸν τι σημαίνοντων, καὶ ἐνιαῦθα δὲ πρόσκειται τῶν κατὰ μέρος τι κακὸν γιγνόμενον ἐπὶ χολώδεσι πτύσμασιν, ἐν πλευριτικοῖς πάθεσιν ἐξαίφνης ἀφανισθεῖσιν, οὐ μὴν διὰ παντὸς ἢ πλειστάκις, ἀλλ' ὅταν ἢ μετάστασις τοῦ χολώδους ἐπὶ τὴν κεφαλὴν γένηται, τηνικαῦτα μόνον οἱ κάμνοντες ἐξίστανται. τῷ μέντοι συνήθει τῆς ἐρμηνείας ἤδη χρησάμενος ὁ γράψας τὸ βιβλίον ἀλλόκοτον ἐποίησε τὴν λέξιν, οὐκ ἐχόντων ἡμῶν τινὶ τὸ ἐξίστανται συνιάξομεν. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ λέξει, τῷ τῆς πλευρῆς ἀλγήματι, φάντος γε αὐτοῦ, πλευροῦ ἀλγημα ἀλόγως ἀφανισθὲν, ἐξίστανται. πάνν δ' ἀκύρως ἂν εἴη λεγόμενον τὸ τοῦ πλευροῦ ἀλγημα ἀλόγως ἀφανισθὲν ἐξίστανται. καὶν γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐξίστανται ἐξίσταται γράφομεν χωρὶς τοῦ ν τῆς πρὸ τέλους συλλαβῆς διὰ μόνου τοῦ τ καὶ α, καὶ οὕτως ἄισπος ἢ ἐρμηνεία γίνεται καὶ πολὺ

Sermonis quoque hujus universale saepius est dictum, quod omnia sine ratione evanescentia malum quippiam portendant. In hoc loco autem adjectum etiam est aliquod ex particularibus malum, quod ex biliosis sputis in pleuriticis affectionibus repente evanescentibus fit, neque tamen perpetuo, neque saepius, sed quum biliosi humoris ad caput ipsum transitus fuerit, tunc solum aegri ἐξίστανται, id est in furorem aguntur. Atqui consueta jam enunciatione usus, qui librum scripsit alienam fecit dictionem, quum non habeamus, cuiam orationem in furorem aguntur ordinemus componamusque. Nempe quantum quidem ex dictione est, lateris dolori ordinamus, dicente utique ipso, lateris dolor absque ratione si evanuerit, in furorem aguntur, valde vero improprie dictum fuerit, lateris dolor absque ratione si evanuerit, in furorem aguntur; nam etsi pro ἐξίστανται, id est in furorem aguntur, scribamus ἐξίσταται, id est in furorem agitur, sine ν syllaba quae finem praecedit per sola στ et α scripta, non minus et sic absurda fuerit interpretatio atque priore

Ed. Chart. VIII. [767. 768.]

Ed. Bas. V. (201.)

χείρων αὐτῆς. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν παθῶν ἐπὶ τὸν κάμνοντα σολοικώδης ἢ μετάβασις γίνεται, τὸ δ' ἄνευ τοῦ ν λεγόμενον ἐξίσταται, τὴν ἀρχὴν οὐδ' οὕτως, τί πρότερον σημαίνει δυνατόν εὔρεϊν. κατὰ φύσιν γὰρ ἦν εἰρηκεῖναι πλευροῦ ἀλγῆματος ἐπὶ πτύσμασι χολώδεσιν ἀλόγως ἀφανισθέντος οἱ κάμνοντες ἐξίστανται, σημαίνοντος δηλονότι τοῦ ἐξίστανται παρακοπὴν σφοδρὰν καὶ μανιώδη.

ϑ'.

[768] Ἐπὶ τραχήλου ἀλγῆματι κομαιοῦται, ιδρωῶται, κοιλίη φουσηθεῖσα, εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτέων ἄχολα ἐξίστανται. τὰ τοιαῦτα διασωζόμενα μακροτέρως διανοσεῖ. ἀρὰ γέ εἰσιν ἄχολο περιπλύσεις εὐηθέστεραι καὶ τὸ φουσῶδες ὄγκῳ προσωφελέοι.

Καὶ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν ἀνομοιογενῶν ἔστι συμπτωμάτων ἄθροισμα. τραχήλου μὲν γὰρ ἄλγημα μετὰ κόματος

deterior longe, nempe in illa ab affectionibus ad aegrum per soloecismum transitur. Hoc autem ἐξίσταται, tametsi absque ν enunciatur, ne sic tamen profus quid prius illud significet invenire queas, nam secundum naturam dixisse licebat, lateris dolore ex biliosis sputis absque ratione occultato aegri ἐξίστανται, verbo illo videlicet significante dementia vehementem et maniae participem.

C.

Ex cervicis dolore comatoso et sudante alvus inflata, si ad necessitatem liquida demiserit infuso subluta, ex his bile carentia in ecstasi aguntur. Talia autem si ferventur, diutius aegrotat; an et his non biliosae proluviae benigniores sint et flatuoso tumori profuerint?

Acervantur quoque in hac dictione dissimilis generis symptomata. Cervicis etenim dolor cum comate morbo-

Ed. Chart. VIII. [768.]

Ed. Bas. V. (201.)

ἐν τῇ κεφαλῇ νοσώδη διάθεσιν εἶναι σημαίνει. ὁ δ' ὡς σύμπτωμα καὶ μὴ κριτικὸς ἰδρῶς ἦτοι πλήθος ἢ ἀρῶστίαν ἐνδείκνυται τῆς ἐλκτικῆς τε καὶ καθεκτικῆς ὀνομαζομένης δυνάμεως. ἐμφυσηθεῖσα δ' ἡ γαστήρ αὐτὸ δὴ τοῦτο πεπονθέναι τὸ μόριον δηλοῖ τὴν γαστέρα. τὸ δὲ πρὸς ἀνάγκην ἰγρὰ χαλῶν, ὑποπεριπλυθεῖσαν δὲ τοῦτο ποιεῖν, τὸ ἦπαρ ἐνδείκνυται πεπονθέναι. ἐξίστασθαι δὲ, ὅπερ ἐστὶ παρακόπτειν σφοδρῶς, τούτους φησὶ καίτοι μηδεὶος σημείου γενομένου τῆς ἐκσιάσεως. τὸ γὰρ κομμαιῶδες εἶρηται μόνον ἐγκεφάλου πάθος, ἐναντίον ὑπάρχον ἐκστάσει. πλὴν εἰ τὸ τραχήλου τις ἄλγημά φησι τῆς ἐκσιάσεως εἶναι σημείον, ὃ μὴδὲ τὴν ἀπλὴν παραφροσύνην σημαίνει δύναται μόνην, ἄνευ γε τοῦ καὶ ἄλλα προσελθεῖν αὐτῷ σημεία, οἷον ἀγρυπνίαν, κεφαλαλγίαν, ὄμμα θρασὺ, θρασεῖαν ἀπόκρισιν, ὕπνους ταραχάδεις ἢ τι κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἢ προαιρετικὰς κινήσεις βεβλαμμένον. εἰκότως οὖν ἀντὶ τοῦ ἐξίστανται ἔνιοι ἐξίστανται ἐπὶ τῶν διαχωρημάτων εἰρησθαι γάσκοντες αὐτὰ καὶ συνῆφθαι μᾶλλον ἐκείνοις, ὡς εἶναι τὸ

sam in cerebro affectionem esse ostendit. Sudor vero tanquam symptomata et non iudicatorius aut redundantiam aut retentricis facultatis imbecillitatem indicat. Alvus autem inflata eam ipsam partem affectam esse indicat, ventrem scilicet. Ad necessitatem autem liquida demittere sublutumque id facere jecur ostendit affectum. Ἐξίστασθαι autem, quod est παρακόπτειν σφοδρῶς, id est valde desipere, eos ait, etsi nullum fortis desipientiae, quam ἐκστασιον vocant, signum effectum fuerit, dictum est enim comatosum tantum, quae est affectio cerebri, contraria ecstasi, nisi quis cervicis dolorem signum ecstasis esse dicat; quod neque simplicem desipientiam absque signorum aliorum conjunctione significare potest, ut sunt vigiliae, capitis dolores, ferox oculus, responsio audax, somni turbulenti aut aliqua in sensibus vel motionibus arbitrariis laesio. Jure igitur quidam pro ἐξίστανται legunt ἐφίστανται, id est cohibentur, de alvi excrementis dici affirmantes atque melius copulari illis, ut ita continuetur dictio:

Ed. Chart. VIII. [768.]

Ed. Bas. V. (201.)

συνεχῆς τῆς λέξεως τοιόνδε, κοιλίη φουσηθεῖσα. εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτιῶν ἄχολα ἐφίστανται. τοῦτοις οὖν ἐφεξῆς εἰπὼν, τὰ τοιαῦτα διασωζόμενα μακροτέρως διανοσέει. τελευταῖον ἔγραψεν ἄρα γε ἄχολοι περιπλύσεις εὐηθέστεραι καὶ τὸ φουσῶδες ὄγκω προσωφελεί; ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε· καὶ φουσῶδες ὄγκωμα προσωφελούσι. τοῦτο δ' αὐτὸ πάλιν ἴσον δύναται τῶ τοὺς φουσῶδεις ὄγκους ὠφελεῖν. εἰ δὲ ἀλλόκοτός σοι ἢ σύνταξις εἶναι δοκεῖ, χρὴ συγγινώσκειν τοῖς οὕτως ἐξηγουμένοις· πάμπολλα γὰρ ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ τοιαῦτα φαίνεται ἀσυνήθεισι τῶν ὀνομάτων ἐρμηνευόμενα. εἰκότως δὲ φαίνεται ζητῶν, εἰ ἄχολοι περιπλύσεις τοὺς τοιούτους ὄγκους ὠφελέουσι, τεκμαιρόμενος τοὺς φουσῶδεις οὐχ ὑπὸ χολῆς, ἀλλ' ὑπὸ ψυχρῶν ὑγρῶν ὑδατωδῶν κατὰ τὴν σύστασιν ἅμα πνεύματι φουσῶδει γίνεσθαι. κατ' αὐτὴν μὲν οὖν τὴν ἐξήγησιν ὁμολογεῖν ἀλλήλοις φαίνεται ταῦτα καὶ καλῶς ὑπὸ τινων γέγραπται τὸ συνίσταται ἢ ἐφίσταται κατὰ τῶν διαχωρημάτων, καὶ μᾶλλον γε αὐτὸ τὸ ἐφίσταται· διότι γὰρ ἐστίν

venter inflatus si ad necessitatem liquida demiserit sublatus, ex his bile carentia excrementa cohibentur. Post haec vero inquires: talia autem si feruntur, diutius aeger aegrotabit; tandem scripsit: an his bile carentes proluvia, mitiores meliorisque moris existunt et quod flatuosum est tumoris adjuverint; quasi ita dixerit: et flatuosum tumorem adjuverint? Quod rursus idem in significato potest, quod et flatuosus tumoribus opem ferre. Quod si aliena tibi videatur constructio, ignoscendum est iis, qui ita enarrant; permulta siquidem talia libro in hoc videntur pronunciarum nominibus inusitatis. Jure autem optimo investigare videtur an bile carentes proluvia tales juvent tumores flatuosos, non a bile, sed a frigidis humoribus substantia aquosis et flatuoso spiritu fieri conjiciens. Secundum hanc igitur expositionem consentire haec inter se videntur; et non perperam a quibusdam scriptum est συνίστανται vel ἐφίστανται, id est consistunt vel cohibentur, de dejectionibus et magis ipsum ἐφίστανται, id est cohi-

Ed. Chart. VIII. [768. 769.]

Ed. Bas. V. (201.)

ἄχολα, διὰ τοῦτο ἐφίσταται καὶ πρὸς ἀνάγκην μόγις χα-
 λαῖται, τουτέστι μετὰ τοῦ πραγματεύεσθαι τι τὸν ἱατρόν.
 ἐκ περιτοῦ δὲ πάλιν φαίνεται τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ
 τραχήλου ἀλγῆματι κωματώδει συνῆθαι, κατὰ μηδὲν
 συνημμένον τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν συμπτώμασιν. ἔοικεν οὖν,
 ὡσπερ ἄλλας πολλὰς συνδρομὰς ἐφαίνεται τεθεαμένος ἐφ' ἐνὸς
 ἢ δυοῖν ἐπὶ τὸ γράφειν ἀφῆχθαι, καὶ νῦν οὕτω πεποιηκέναι,
 χωρὶς τοῦ προσγράψαι τὸν ἀρρώστον ὀνομαστὶ, καθάπερ
 ἐπ' ἄλλων ἐποίησε. [769] καὶ εἶπερ τοῦθ' οὕτως ἔχει
 δυνατόν ἐστὶν ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νόσου πληθὸς τι χυμῶν,
 ψυχρῶν μὲν τῇ κράσει, λεπτῶν δὲ τῇ συστάσει, τὰ περὶ
 κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἐνοχλῆσαι μόρια, μεταρρῶν δὲ ἐπὶ
 τὰ κατὰ τὴν γαστέρα τὸν τε φυσώδη κατ' αὐτὴν ἐργάσα-
 σθαι ὄγκον καὶ τὰ διαχωρήματα λεπτὰ καὶ ὑδατώδη ποιῆ-
 σαι καὶ διὰ τοῦτο μένοντα κατὰ τὴν γαστέρα καὶ μὴ διεξ-
 ερχόμενα, καθάπερ τὰ χολώδη καὶ δάκνουτα. διαφέρει δὲ
 οὐ μικρὸν ἢ τὰ συμβάντα τινὶ διηγουμένου τοῦ τὸ βιβλίον

bentur; nam quia ἄχολα, id est *bile carent*, ob id coli-
 bentur atque ad necessitatem vix deponuntur, hoc est
 cum medici auxilio. Superflue autem inter initia con-
 junctum esse videtur: *ex cervicis dolore comatoso et su-*
dante; nullo pacto ventris symptomatis cohaerens qua-
 dransque. Quo igitur modo concursiones alias multas in
 uno vel duobus contemplatus, ad eas scribendas perve-
 nisse est visus, ita et nunc fecisse est verisimile, non prae-
 scripto aegrotantis nomine, ut in aliis fecit. Et si res
 ita habet, fieri potest ut in principio quidem morbi co-
 pia quaedam humorum et temperamento frigidorum et
 substantia tenuium, particulas circa caput cervicemque in-
 festaverit; defluensque in ventrem et flatuosam in eo mo-
 lem pepererit et dejectiones tum tenues tum aquosas fe-
 cerit, atque ob id manentes in ventre et non penetran-
 tes, quo penetrant modo, quae tum biliosae tum mordentes
 existunt. Caeterum non parum interest, an auctore
 libri quae cuiquam evenerunt narrante, causas nos red-

Ed. Chart. VIII. [769.]

Ed. Bas. V. (201.)

γράφαντος αἰτίας αὐτῶν ἡμᾶς ἀποδιδόναι πιθανὰς, ὡς ἐν τῷ τῶν ἐπιδημιῶν ἐποιήσαμεν, ἢ ὡς καθολικοὺς τοὺς λόγους ἐξετάζειν. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς εἰς τὴν γαστέρα μεταρρῦηναί τις δύναται χυμὸς, ὡσπερ γε καὶ εἰς τὸν φάρυγγα καὶ λάρυγγα καὶ πνεύμοια καὶ εἰς θώρακα καὶ διάφραγμα καὶ σπλῆνα καὶ ἥπαρ καὶ ὀτιοῦν ἄλλο, καθάπερ γε καὶ ἐκείνων γε ἐκάστου πάλιν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀνηνεχθαι. τὸ δ' ἦτοι διὰ παντὸς ἢ πλειστάκις εἰς ἓν τῶν εἰρημένων τὴν μειάσιωσιν γίνεσθαι ψεῦδος, ὅπερ αἱ πλεῖσται τῶν κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐνδείκνυνται ῥήσεις, ἐφ' αἷς ἀπλῶς ἀποφαίνεται, χωρὶς τοῦ προσθεῖναι τὸν ἐπαπορητικὸν σύνδεσμον ἢ τὸν ἄρῶσσιον αὐτὸν ὀνομασίτι. ἀλλὰ γε κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰπῶν, ἄρα γέ εἰσιν αἱ ἀχολοὶ περιπλύσις εὐηθέστεραι; δῆλος ἐγένετο μὴ θεορῶεῖν ὡς καθολικῷ τῷ λόγῳ. τὸ δὲ εὐηθέστεραι ῥῆμα σημαίνει μὲν καὶ τὸ κακοηθέστεραι. καὶ πολλάκις κατὰ τοῦτο τὸ σημαίνον τούτῳ φαίνονται κεχρημένοι πολλοὶ τῶν παλαιῶν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ εὐτροποι. κέχρηται γὰρ καὶ τούτῳ

dere eorum probabiles tentemus, quemadmodum in opere epidemiorum fecimus, an veluti universales sermones indagare. A capite enim ad ventrem defluere potest humor, veluti et in fauces gutturque et pulmonem et thoracem et septum transversum et lienem et hepar et quidvis aliud; veluti et ex uno quoque horum rursus ad caput advehi; sed vel perpetuo vel magna ex parte in unum dictorum permeatio fiat, falsum existit; id quod plurimae libri hujus dictiones ostendunt, in quibus simpliciter enunciatur absque adjectione conjunctionis dubitativae vel nominis aegrotantis. Verum in hac dictione inquiring, an et his bile carentes proluvia εὐηθέστεραι, id est *melioris moris*, existant? sese haud quaquam sermoni universali confidere declaravit. Εὐηθέστεραι autem significat quidem et κακοηθέστεραι, id est maligniores et saepius in hoc significato plerique veterum usi videntur; verum et εὐτροποι significat, id est mitiores, et ut vertantur promptiores; usi

Ed. Chart. VIII. [769.]

Ed. Bas. V. (201. 202.)

τινὲς τῶν παλαιῶν, (202) καθὸ καὶ νῦν εἴκειν εἰρηθεῖναι. συνεμψαίνει γὰρ τὸ κατὰ τὴν τελευταίην τῆς ῥήσεως εἰρημένον προσωφελέειν.

ρά.

Κοιλίης περίτσεις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ταχὺ ὄγκουμένη, ἔχει τι σπασμοῖδες, οἷον καὶ τῷ Ἀσπασίου νιῶ, τὸ ἐπιφύγοῦν τούτοις ὀλέθριον. ἐκ τουτέων σπασμοῖδης γενηθεῖς καὶ ἐμψυθηθεῖς, μακρότερον διανοσήσας, στόματι σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο.

Εἴρηται μοι καὶ πρόσθεν ὡς ἡ διδασκαλία τῆς ἰατρικῆς θεωρίας ὑφ' Ἱπποκράτους διὰ τῶν καθόλου γέγονεν ἐν ἅπασι τοῖς γνησίοις βιβλίοις, προχειριζομένου ποτὲ καὶ τῶν κατὰ μέρος ἔνια παραδείγματος ἕνεκα πρὸς σαφήνειαν τῶν μανθανόντων. ἐπεὶ δ' οὐκ ἀπόρησεν τὰ καθόλου θεωρήματα μαθεῖν εἰς τὸ διαγινώσκειν ἐτοιμῶς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὰ χωρὶς τοῦ γυμνάζεσθαι, διὰ τοῦτο γυμνασίας ἕνεκα

liquidem sunt et hoc significato quidam ex antiquis, juxta quod et nunc dictum esse videtur, nempe id commonstrat, quod in fine sententiae dictum est, adjuverint.

CI.

Alvi circumtentio ad necessitatem liquida demittens, cito intumescens, convulsivum quiddam habet; ut et Aspasii filio. Superrigere his perniciosum; ex his convulsus et inflatus quis quum diutius aegrotaverit, in ore putredo viridis oboritur.

Dictum a me etiam superius est quod medicae speculationis doctrina ab Hippocrate in legitimis omnibus libris per universalia facta sit, expromente etiam aliquando particularia quaedam gratia exempli ad eorum qui discunt perspicuitatem. Sed quoniam non satis est praecepta universalia condiscere, ut ea prompte in operibus dignoscantur absque exercitatione, ob id gratia exerci-

Ed. Chart. VIII. [769. 770.]

Ed. Bas. V. (202.)

ἔγραψε τοὺς ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν ἀρχώστους, ἐφ' ὧν οὐδὲν παρέλιπε τῶν συμβάντων αὐτοῖς. ἢ δ' ὑπὸ τοῦ τὸ προρρητικὸν γράψαντος ἀνδρὸς γινομένη διδασκαλία δέδεικται μὲν ἤδη πολλάκις οὐκ ἔχουσα τὸ καθόλου, πλην εἴ που σπανίως. ἀπολειπομένη δὲ καὶ τῆς κατὰ μέρος ἀκριβοῦς διηγήσεως, ὅποια γέγραπται κατὰ τοὺς ἐν τοῖς ἐπιδημιῶν ἀρχώστους, ἔνθα πρῶτον μὲν εἰς ἐπίσημόν ἐστί τι τῶν προκαταρξάντων αἰτίων, δεδήλωκε λέγων ὅταν εἴ τις ἐκ κόπων ἢ γυμνασίων ἀκαίρων ἢ μέθης ἤρξατο νοσεῖν, εἶθ' ὅτι τὴν μὲν πρώτην τῶν ἡμερῶν ἐγένετο ταυτὶ περὶ αὐτόν, ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ταυτὶ, [770] καὶ οὕτως κατὰ τὴν τρίτην καὶ τὴν τετάρτην καὶ τὰ ἐφεξῆς ἅπαντα διηγῆται τὰ γεγόμενα τοῖς παρ' αὐτοῦ μεμαθηκόσι τὴν καθόλου θεωρίαν, ἐφαρμοίειν προτρέπων τοῖς πενητόσι καὶ τοὺς ἀρχώστους, μετὰ τοῦ καὶ αὐτὸν ποδηγεῖν ἐνίοτε πρὸς τὴν γυμνασίαν, ὡς ἐπιδείδεικαί μοι κατὰ τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν. ὁ δὲ τοὺς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ γράφων ἀρχώστους ἀπὸ τῆς τοιαύτης διηγήσεως ἐπὶ τισι τῶν ὑφ' ἐνίων ἀπαξ ἤδη βούλεται κα-

tationis aegros in epidemiis scripsit, in quibus nihil eorum, quae his contigerunt, est omiffum. Quod vero quae a prorrhethici auctore emanavit doctrina, non habeat universale, nisi utique raro, jam saepius est ostensum. Deficit quoque et ea ab exquisita illa particulari enarratione, quae in epidemiorum aegris descripta est; ubi primum quidem, si insignis aliqua sit ex causis procatartice indicat, recensens, si quis verbi gratia vel ex laboribus vel exercitationibus intempestivis vel ebrietate aegrotare coeperit; deinde quod primo quidem die haec circa aegrum contigerunt et secundo alio et ita tertio et quarto et aliis deinceps diebus, omnia quae fuerunt explicat, iis qui ab ipso didicerint, praeceptionem universalem consentaneam iis esse, quae in aegris apparuerunt, ostendens; ducitque simul interdum is ad exercitationem, ut in horum explicationibus ostendimus. Qui vero aegros in hoc scribit libro, ab hujusmodi enarratione ex quibusdam semel visis jam universalia praecepta constituere intendit,

Ed. Chart. VIII. [770.]

Ed. Bas. V. (202.)

θόλον θεωρήματα συνίστασθαι, σφαλλόμενος ἐν πολλοῖς οὐ
 σμικρὰ, καθάπερ ἐν τῷ ἐτέρῳ γενόμενον, ἐτέρῳ προσνέμειν,
 ὡσπερ καὶ νῦν. τῷ γοῦν Ἀσπασίου νιῶ τὰ περὶ τὴν γασ-
 ττέρα συμπτώματα γράψας μόνον, σπασμοῖδῃ τί φησιν ἔχειν
 αὐτά. τρία δ' ἐσὶν ἃ ἔγραψε συμπτώματα, πρῶτον μὲν
 κοιλίης περιτάσις, ἐφεξῆς δ' αὐτῆς τὸ πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ
 χαλᾶν, ὅπερ ἐν τισι διαχωρεῖν εἴωθε λέγειν, καὶ τρίτον
 ἐπ' αὐτοῖς τὸ ταχέως ὀγκοῦσθαι. συνεκφαίνει δὲ τούτῳ
 καὶ τὸ μειοῦσθαι τὴν αὐτὴν ἴσως ἐπὶ τοῖς ὑγροῖς διαχω-
 ρήμασι. καὶ γὰρ ἐφεξῆς αὐτῶν εἴρηται τὸ ταχὺ ὀγκουμένη.
 τοίοις δὲ τοῖς συμπτώμασι μόνοις ἐξεῦχθαι σπασμοῖδές το
 εἶν τις ἐπὶ νοσοῦντος οὕτως ἀνθρώπου προείποι, σφαλή-
 σεται μὲν πάνυ πολλάκις, ἐπιτύχη δ' ἂν ποτε κἂν ἅπαξ ἐν
 τῷ σπανίῳ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ταῦτα γράψας, ὅμοια τοῖς νῦν
 εἰρημένοις συμπτώμασι κατὰ τὴν γαστέρα προειρηκῶς ἐν
 τῇ πρὸ ταύτης ῥήσει, περὶ σπασμοῦ λόγον πεποίηται οὐ-
 δένα, καίτοι τραχήλου πόνον εἰρηκῶς γεγονέναι μετὰ κό-
 ματος. ἔχει δ' ἢ ῥῆσις ὧδε· ἐπὶ τραχήλου ἀλγήματι κω-

non parum in multis errans, ut in hoc, quod alteri fa-
 ctum sit, alteri attribuere, quomodo et nunc. Nempe ubi
 Aspasii filii ventris symptomata solum scripsit, ea convul-
 sivum quippiam habere ait. Tria autem sunt ab eo scri-
 pta symptomata, unum quidem est ventris distentio; alte-
 rum ad necessitatem liquida demittere, quod pro διαχω-
 ρεῖν, id est dejicere, dicere consuevit; tertium ab ipsis
 est, cito intumescere. Significat autem cum hoc et quod
 venter minuatur forsan ex liquidis dejectionibus; nempe
 mox post ipsas dictum est, cito intumescens. Solis autem
 his symptomatis junctum, convulsivum quiddam, si quis in
 ita aegrotante homine praedixerit, falletur saepissime;
 verum aliquando vel etiam in paucis semel voti fiet com-
 pos. Is quoque qui haec scripsit, ubi dictis nunc ven-
 tris symptomatis similia, in antecedente dictione com-
 memoravit, de convulsione nullum fecit sermonem, et si cer-
 vicis dolorem factum cum comate dixerit. Ita autem ha-
 bet oratio: *ex cervicis dolore comatoso et sudante venter*

Ed. Chart. VIII. [770.]

Ed. Bas. V. (202.)

ματώδει ιδρώδει κοιλίη φουσηθεῖσα· εἰ δὲ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρά χαλῶσα, ὑποπεριπλυθεῖσα. δῆλον οὖν ὅτι τὰ μὲν κατὰ τὴν κοιλίαν συμπτώματα παραπλήσια τοῖς νῦν εἰρημίοις εἰσὶν, ἔξωθεν δ' αὐτῶν ἄλγημα τραχήλου πρόσκειται, νευρώιδους μορίου καὶ πλησίον ἐγκεφάλου κειμένου καὶ τὸν νοτιαῖον περιέχοντος, μετὰ τοῦ καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἤδη πεπονθέναι. τὸ γὰρ κομαιῶδες ἐκείνου σύμπτωμα πιθανώτερον ἦν ἐπὶ τοῦ κάμνοντος οὕτως γεγράφθαι τὸ ἔχειν τι σπασμῶδες, οὐκ ἐπὶ τοῦ νῦν. ἐφ' οὗ δυνατὸν ἐστὶν εἰερόν τι σύμπτωμα γεγονέναι τοῦ σπασμοῦ δηλωτικόν, ὃ παρέλιπεν ἐν τῇ διηγήσει, εἰ μὴ ἄρα τὸ ἐπιρρόγοῦν αὐτὸ εἰρημίον ἐν αὐτῇ νομίζει τις σπασμοῦ σημεῖον. εἴρηται γὰρ καὶ τοῦτο τῶν ἐξηγητῶν ἐνίοις. οὐδὲ τὰς ὁσημέραις τριταίας τε καὶ τεταρταίας περιόδους ὀρῶσι, μετὰ σφοδρότατου ῥίγους ἐνίοις γινομένας, οὐδὲν ἐχούσας σπασμῶδες. ἀλλ' οὕτως εἰσὶ σοφώτατοι τὰ τῆς ἰατρικῆς οἱ τὰ τοιαῦτα γράφοντες, ὡς ἠγεῖσθαι νεύρων εἶναι τι πάθος ῥίγος, ὡς σπασμὸν καὶ τρέμον. οὕτε δὲ διὰ τί σπασμῶδες ὁ τοῦ

inflatus, si ad necessitatem humida demiserit, sublutus. Quod igitur symptomata ventris haec similia iis sunt, quae nunc sunt dicta, liquido constat omnibus; sed praeter haec cervicis adjectus est dolor, nervosae partis et prope cerebrum sitae et dorsalem medullam continentis, cum hoc quod cerebrum jam erat affectum; nempe comatosum cerebri est symptomata; verisimilius autem erat in ita laborante scriptum fuisse, habere aliquid convulsivum, non autem in praesenti; in quo fieri potest ut symptomata aliquod aliud convulsionis indicatorium factum sit, quod in enarratione omisit; nisi ipsum superrigere in ea dictum quis convulsionis signum esse existimaverit; quod sane et ipsum a quibusdam expositoribus est dictum, qui quotidie tertianos quartanosque circuitus quibusdam cum vehementissimo rigore fieri, nihil convulsivum habentes, non vident. Verum qui talia scribunt, adeo in re medica sapientissimi sunt, ut rigorem nervorum affectionem esse, ut convulsionem tremoremque existiment. Neque sane

Ed. Chart. VIII. [770. 771.]

Ed. Bas. V. (202.)

Ἀσπασίου υἱὸς ἐγένετο δύναϊ' ἂν τις εἰπεῖν, ἀπάντων μὴ γεγραμμένων τῶν συμβάντων αὐτῷ, οὔτε διὰ τί χλωρὰ σηπεδοὶν ἐν τοῖς κατὰ τὸ στόμα τόποις ἐγένετο. κακοχυμίας μὲν γὰρ ἔκγονα τὰ τοιαῦτα παθήματα. πόθεν δ' ἤθροισέ ποτ' αὐτὴν ἄδηλον, οὐκ εἰδῶσιον ἡμῶν ὅπως διητήθη. οὐ μὴν οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν κοιλίαν αὐτοῦ γενόμενα σηπεδονώδους καὶ κακοχυμίας σημεῖον, πρὸς τῷ μηδὲ τίνα λέγει τὴν χλωρὰν σηπεδόνα γινώσκεισθαι σαφῶς, ἐπειδὴ χλωρὰ καὶ τὰ τὴν ἰώδη χροιάν ἔχοντα καλοῦσι καὶ τὰ τὴν ὠχράν.

 ρβ'.

[771] Τὰ κατ' ὄσφυν κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγίματα, πρὸς ὑποχόνδριον γριζόμενα. ἀποσιτικά, ἅμα πυρετῷ, τούτοι-
σιν εἰς κεφαλὴν ἀλγῆμα σύντιονον ἐλθὼν κτείνει ὀξείως
τρόπῳ σπασμῶδει.

Εἰθ' ὑπὸ λεπτὸν ἢ κατὰ λεπτὸν, ἐκατέρως γὰρ γρά-
φουσιν, ἀσάφειαν ἔχει πολλήν, διό τινες ἔγραψαν ὑπὸ πλε-

cur Aspasi filius convulsivus factus sit poterit quis di-
cere, non scriptis omnibus, quae ipsi contigerunt; neque
cur viridis putredo in oris locis facta sit; succi etenim
vitiosi soboles sunt ejusmodi pathemata, quam unde ali-
quando acervaverit est incertum, quum quamnam victus
ratione sit usus ignoremus; neque vero quae in ipsius
ventre facta sunt, putridae cacochymiae signum praefe-
runt; adde quod neque quamnam dicat putredinem viri-
dem, manifeste cognoscitur, quoniam χλωρὰ et quae ae-
rugineum et quae pallidum habent colorem vocitant.

CII.

Lumborum tenues et diuturni dolores qui ad hypochon-
drium irretientes ciborum fastidium invehunt una cum
febre, his ad caput dolor vehemens appulsus, acute con-
vulsivo modo perimit.

Sive ὑπὸ λεπτὸν sive κατὰ λεπτὸν, id est tenues, scri-
batur, utroque enim modo scribunt, multam habet obscu-

Ed. Chart. VIII. [771.]

Ed. Bas. V. (202.)

ρόν. οἱ δ' οὖν ὑπὸ λεπτὸν ἢ κατὰ λεπτὸν γραψαντες ἐσχί-
 σθησαν ταῖς γνώμαις, ἔνιοι μὲν ἔντερον λεπτὸν εἰρησθαι
 λέγοντες, ἔνιοι δὲ τὸ πλατὺ καὶ ἱερὸν ὀνομαζόμενον ὄστουν.
 εἰσὶ δ' οἱ καὶ τρίτον τι τούτων ἐποίησαν, ὡς λέγειν ἄμω
 ἄμα, καὶ συνάπτουσι τὸν λόγον τοῖς ἐπιφερομένοις. φασὶ
 γὰρ ἀπὸ τῆς ἐπὶ πύλαις ἥπατος φλεβὸς ἀποφύσεις τε καὶ
 κατασχίσεις παμπόλλας κατὰ τὸ μεσάραιον γίνεσθαι. τού-
 των οὖν πασχουσῶν ὀδύνας ἔπεσθαι κατὰ τὴν ὄσφυν οὐ
 συνεχεῖς, ἀλλὰ κατὰ λεπτάς τινας διαστάσεις, ἄσυνας ἀκά-
 γεσθαί τε καὶ συνάγεσθαι καὶ οἷον συσπᾶσθαι πρὸς τὸ
 δεξιὸν ἰποχόνδριον ἐπὶ τὰς πύλας τοῦ ἥπατος. ἔνθα τὴν
 οἷον ρίζαν εἶναι τοῦ πάθους ὑποτίθενται, φλεγμαινούσης
 τῆς φλεβὸς ταύτης ἄμα ταῖς ἀποφύσεσιν ἀπάσαις. διὰ τί
 δ' οὕτως ἀκούειν χρὴ τοῦ γριφόμενα, παραλείπουσι μὲν
 οὔτοι, λέγουσι δ' ἄλλοι τινὲς παρὰ τὸν γριφον ὀνομάσθαι.
 καλεῖται δ' οὕτως τι τῶν ἀλιευτικῶν δικτύων, οὐχ ὡς οὔ-

ritatem. Eam ob causam quidam ὑπὸ πλευρὸν, id est sub
 costam, scripserunt. Qui ergo vel ὑπὸ λεπτὸν vel κατὰ
 λεπτὸν scripserunt, sententiis sunt divisi; nempe alii te-
 nue intestinum dici asserunt, alii latum os et sacrum ap-
 pellatum. Sunt qui horum tertium quippiam fecerunt,
 ita ut simul utrumque dicant rationemque simul iis, quae
 inferuntur, adjungant; nempe a vena, quae ad portas
 jecoris est, propagines, scissurasque plurimas in mesaraeo
 fieri ajunt atque illis affectis lumborum dolores non con-
 tinuos, sed tenuibus quibusdam intervallis infestantes
 succedere; quas ad dextrum hypochondrium in jecoris por-
 tas tum reduci tum contrahi et veluti convelli ajunt; ubi
 velut radicem esse affectionis supponunt, quum haec vena
 una cum propaginibus phlegmone laboret. Quare autem
 ita intelligendum sit verbum γριφόμενα, id est griphorum
 modo euntes, praetermittunt quidem hi, sed quidam alii
 παρὰ τὸν γριφον nomen accepisse ajunt; vocatur autem
 ita rete quoddam piscatorium, non ut hi existimant, per

Ed. Chart. VIII. [771.]

Ed. Bas. V. (202. 203.)

τοι νομίζουσι διὰ τοῦ φ γραφόμενον. ἕτερον γὰρ τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ταύτης, ἀλλὰ διὰ τοῦ π, διὸ καὶ τινες ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει γραπόμενα γράφουσι, τινὲς δὲ τοὺς ἐνειλουμένους ὑμένας γραφομένους φασὶ λέγεσθαι συνήθως, ὅταν τις διαγράφη τε καὶ διαγινώσκη τῷ δακτύλῳ. ἐκ μεταφορᾶς οὖν τὰ τοῖς δακνομένοις τε καὶ διαγραφομένοις ἀλγήματα γινόμενα κεκλήσθαι γραφόμενα. τινὲς δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως εἰρησθαί φασι τὰ κατὰ τὴν ὄσφυν καὶ κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, ὡσεὶ καὶ κατὰ τόνδε τὸν τρόπον εἰρήκει τὰ κατὰ μικρὸν ἀλγήματα γινόμενα, τουτ- (203) ἐστὶ τὰ ἀσθενῆ. συγχωρήσαντες οὖν καὶ τοῖς οὕτως ἐξηγουμένοις καὶ τοῖς τὰς πύλας τοῦ ἥπατος πάσχειν ὑποσχομένοις ὀρθῶς εἰρησθαι πάντα. καὶ γὰρ τὸ ἀποσιτεῖν κατὰ τῶν ἀνορέκτων εἰρημένον ἐν τι τῶν τεκμηρίων εἶναι φασὶ τοῦ πεπονθέναι τὸ ἥπαρ, ἀκούσωμεν παρ' αὐτοῦ, τίς ἐκ τῶν οὕτως εἰρημένων ἡμῖν ἀφέλεια γνήσεται. φησὶ γὰρ ὁ γράψας τὴν ῥῆσιν, τούτοισιν εἰς κεφαλὴν ἄλγῃμα σύντονον ἐλθὼν κτείνει ἕξέως τρόπῳ σπασμῳδει. ἄρ' οὖν συμβουλεύουσιν ἡμῖν προεπιεῖν ἐπόμενα

φ scriptum, nempe aliud vocis hujus significatum existit, sed per π. Quare quidam in praesenti sententia scribunt *γραπόμενα*; alii involutas membranas *γραφομένους* dici ex consuetudine inquirunt, quum quis digito descripserit, discreveritque; atque ob id per metaphoram dolores, qui morbis descriptisque fiunt, *γραφομένους* vocatos; alii et a principio dictionis dictum esse ajunt, lumborum tenues diurnosque dolores, quasi hoc pacto dixisset, dolores exigui minutique, quod est imbecilli. Condonantes igitur tum iis qui ita exponunt tum iis qui portas jecoris pati asserunt, recte dicta esse omnia, nam ciborum aversionem argumentum quoddam affecti jecoris esse inquirunt, ab eo, quodnam ex sic dictis futurum sit nobis emolumentum, audiamus. Inquit enim orationis scriptor, dolor his valens contentusque ad caput perveniens acute convulsivo modo perimit. Numquid igitur consulent nobis, ut prae-

Ed. Chart. VIII. [771. 772.]

Ed. Bas. V. (203.)

πάντα ταῦτα; τὸ μὲν γὰρ ὅτι δύναται μετάστασις οὐ μόνον ἐπὶ κεφαλῆν, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὀτιοῦν ἄλλο μέρος γενέσθαι τῶν λυποῦντων, εἴτ' οὖν τὸ μεσεντέριον εἴτε καὶ τὸ ἥπαρ πάσχειν βούλονται, συγχωρήσειεν ἂν τις· τὸ δ' ὅπως μεταστασῆσεται πρὶν γενέσθαι τινὰ τῶν ἰδίων τῶ μορίῳ συμπτωμάτων, τοῦτ' οὐχ οἶόν τε προγνωῖται. γενομένην μέντοι γνωρίσαι τὴν μετάστασιν καὶ μάλιστα ὅταν παύσῃται τὰ πρότερον λυποῦντα. καὶ μέντοι καὶ τοιαῦται μεταστάσεις ἐπὶ ἀσφύστων ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμέναί εἰσι, καθάπερ καὶ νῦν ἐγγράπτιο. τῶν δὲ τινῶν εἰρημένων κατὰ τὴν κοιλίαν συμπτωμάτων, εἴτα ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, ἤλγησεν ὁ κάμων σφόδρα κατὰ κεφαλῆς, ἔφαμεν ἂν εἰς ταύτην γεγονέναι τὴν μετάστασιν. [772] οὐ μὴν ὅ τί περ ἂν ἐργάζεται βεβαίως ἦν εἰπεῖν, πρὶν ἄλλο τι φανῆναι σημείον ἢ καταφορᾶς ἢ παραφροσύνης ἢ σπασμοῦ. δυνατὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο γίνεσθαι, δυνατὸν δὲ καὶ τὴν φύσιν ἰσχυροτέρα τοῦ νοσήματος εὐρεθεῖσαν, αἰμορροαγίας ἐργασθαι διὰ ῥινῶν ἢ παρωτίδας ἐγεῖραι. μεμάθηκας γὰρ

dicamus omnino haec sequi? Nempe quod infestantium commutatio non solum in caput, verum quoque et in quamlibet aliam partem, sive mesenterium, sive et hepar pati velint, fieri queat, condonet quis; at certe quonam pacto commutatio fiet praenolle possibile non est, priusquam peculiaria parti symptomata adsint, quamquam facta cognosci queat; et praesertim quum, quae prius infestabant, sedata fuerint. Quin etiam commutationes ejusmodi in aegrotis, in epidemiorum libris scriptae sunt. Et sane, si nunc quoque ita scriptum fuisset, ejuscemodi quibusdam symptomatis in ventriculo abortis, ac postea repente occultatis, doluit vehementer in capite aeger, diceremus in ipsam transmutationem factam fuisse; neque tamen quid faceret certo licebat dicere, priusquam aliquod aliud signum compareret vel cataphorae vel delirii vel convulsionis, nempe et id fieri potest; potest quoque et natura morbo robustior proritata, sanguinis per nares eruptionem moliri vel parotidas suscitare. Didicisti siquidem horum

Ed. Chart. VIII. [772.]

Ed. Basf. V. (203.)

τούτων ἀπάντων ἀρχομένων γίνεσθαι σημεῖον. πρὶν δ' ἄρ-
ξασθαι τὸ τῆς κεφαλῆς ἄλγημα μόνον ὑπάρχον, ὑποψίαν
μὲν πάντων παρέχειν, βεβαίαν δὲ πρόγνωσιν οὐδενὸς ἐξ
αὐτῶν.

οἷον.

Τὰ ἐπιθρογοῦντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλον τι παροξυνόμενα,
ἄρουπνα, φλεβοδονώδεα ὄντια ἐν τοῖς ὑπνοῖς, ἔστιν ὅτι
οὔρα ὑφ' ἑαυτοὺς χαλῶντα, ἐς σπασμοὺς ἀποτελεσιᾶ κα-
ματώδεας.

Ἔργον ὁ ταῦτα γράψας πεποίηται καθ' ἐκάστην ῥῆσιν
ἢ ὄνομά τι τῶν ἀήθων ἢ σύνθεσιν ἐξευρίσκειν, ὥσπερ καὶ
τῶν ἄμφω πεποίηκεν. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἀήθους συνθέσεως
ἐν ἐκάστη ῥῆσει γινόμενον, ἀπὸ τῶν παθῶν μεταβαίνοντος
αὐτοῦ πρὸς τοὺς πάσχοντις ἢ ἀπ' ἐκείνων ἐπὶ τὰ πάθη,
παραλειπτιόν ἡμῖν ἔστιν, ὅτιαν ὅσον ἐπὶ τούτων μηδεμίαν
ἀσάφειαν ὁ λόγος ἴσχη. τὸ δὲ φλεβοδονώδεα καινὸν καὶ

omnium incipientium esse signum; sed priusquam incipiant,
capitis dolorem solum existentem suspicionem quidem om-
nium praebere, certam vero nullius ex ipsis praenotionem.

CIII.

Supervenientes rigores et nocte magis, quodammodo ex-
acerbantes cum vigiliis et venarum agitationibus in
somnia atque urinas in se ipsos laxantes, in comatosas
aliquando finiuntur convulsiones.

Libri hujus auctor ut in singulis dictionibus vel no-
men aliquod inusitatum vel compositionem inveniret
magnopere laboravit; quomodo et nunc utrumque fecit.
At quae in singulis dictionibus inusitata fit compositio,
transeunte eo vel ab affectionibus ad affectos vel ab affe-
ctis ad affectiones, praetereunda nobis est, propterea quod
quantum in ipsis est nullam sermo sit habiturus obscuri-
tatem. In praesenti vero dictione φλεβοδονώδεα novum

Ed. Chart. VIII. [772.]

Ed. Bas. V. (203.)

ξένον ὄνομα κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐποίησεν, ἐμφαίνων ὅσον ἐπὶ τῇ φωνῇ φλέβας δονουμένας. εἴτε δὲ ὡς τινες ἔγραψαν αὐτὸ διὰ τοῦ φλεβοτονώδεα τὰς τεινομένας φλέβας, εἴτε τὰς κυρίως ὀνομαζομένας φλέβας, εἴτε καὶ τὰς ἀρτηρίας, ὅτι ταύτας ἐνόητε φλέβας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί, δονουμένας ἢ τεινομένας ἀκούειν χρῆ, θαυμαστὸν ὅπως νῦν πρῶτος αὐτῶν ἐμνημόνευσε. τὰς μὲν γὰρ ἀρτηρίας εἴπερ βούλεται σημαίνειν, ἦτοι τεινομένας ἢ δονουμένας, ὅπερ ἐπὶ τῆς κλονώδους κινήσεως ἀκούειν χρῆ, κατὰ πολλὰ τῶν ἀφροίστων ἐχοῖν αὐτὸν εἰρηκέναι τι περὶ αὐτῶν. εἰ γὰρ ἦν οὗτος ἐπιμελής ὁ ἀνὴρ περὶ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν, ὥστ' ἐ καὶ κλονουμένας αὐτάς καὶ τεινομένας παραφυλάττειν, οὐ δῆπου τὰς ἄλλας διαφορὰς τῶν σφυγμῶν ἠγνόει. πῶς οὖν οὐδὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἔγραψεν; εἰ δὲ τῶν κυρίως ὀνομαζομένων φλεβῶν μνημονεύει τεινομένων, πῶς οὐκ καὶ τοῦτον τοῦ συμπτώματος ἤδη πρότερον ἐμνημόνευσεν ἐν κεφαλαγίαις σφοδραῖς γινομένου; φαίνονται γὰρ ἐν αὐταῖς καὶ μάλιστα ὅταν μετὰ πολλῆς θερμασίας γίνονται, σφύ-

peregrinumque nomen fecit, venas agitari, quantum ex voce est, ostendens; vel etiam, ut quidam nomen scripserunt, per φλεβοτονώδεα, venas extendi. Sive igitur proprie appellatas venas sive arterias ipsas, quod has interdum venas antiqui appellent, agitari vel extendi audire oporteat, mirari licet quomodo nunc primum eas memoraverit. Nam si arterias indicare voluerit vel tendi vel agitari, quod de vibratitia motione est intelligendum, de ipsis aliquid in multis aegrotantibus dixisse oportebat. Nam si auctor circa arteriarum motiones usque adeo diligens erat, ut et vibrari eas et tendi observaret, nequaquam alias pulsuum differentias ignoravit. Quomodo igitur de ipsis nihil scripsit? Si vero proprie appellatas venas tendi memoravit, quomodo et non hujus symptomatis jam antea mentionem fecit, quod scilicet in vehementibus capitis doloribus fieri consuevit? Videntur siquidem in his et praesertim ubi cum multa caliditate fiunt, pulsantur

Ed. Chart. VIII. [772. 773.]

Ed. Bas. V. (203.)

ζουσαι καὶ οἶονεὶ κλονούμεναι αἱ κατὰ τοὺς κροτάφους φλέβες. πολλάκις δὲ καὶ τὰς ἐν τραχήλῳ σφαγιτίδας, τὰς ἐπιπολῆς δηλονότι δονουμένας ἐθιασάμεθα σφυγμῶ τινι παραπλήσιον κίνησιν, καὶ δοκεῖ καὶ ἐν τοῖς κροτάφοις ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρτηριῶν ἢ κινήσεις προσγίνεσθαι, καθ' ὃν καιρὸν ἐκεῖναι μέγιστον σφύζουσι. ταύτας οὖν ἀπορίας ἔνιοι φεύγειν βουληθέντες ἀντὶ τοῦ φλεβοδονώδεα φλεβονώδεά φασι, ποιήσαντες ἀπὸ τῶν φλεδόνων τοῦνομα. φλεδόνας δὲ ὅτι φλυαρίας καὶ λήρους ἀνόμασαν ἔνιοι τῶν παλαιῶν οἶοθα. τὰ οὖν ἄγρυπνα ὄντα πάθη φησὶ καὶ παραληροῦνται κατὰ τοὺς ὕπνους ἀπροαιρέτως οὔρον χαλῶντες, ὅπερ ἔστιν ἀποκρίνοντες. ἀπὸ γὰρ τῶν παθῶν ἐπὶ τοὺς πύσχοντας μετέβη καὶ πάλιν ἐπανελθὼν ἐπὶ τὸ πάθος φησὶν, ἔστιν ὅτε εἰς σπασμοὺς τελευτᾷ κωματώδεας. εἰπὼν ἔστιν ὅτε πραγμάτων ἡμᾶς ἀπήλλαξε. [773] πεπονθυίας γὰρ τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων, ὡς ἢ τε ἀγρυπνία καὶ ἢ παραλήρησις ἢ τε τῶν οὔρων ἀπροαίρετος κινήσις δηλοῖ, θαυμαστὸν οὐδὲν ἔστι καὶ φρενῖτιν ἐπ' αὐτῆς γενέσθαι καὶ

tes et quasi vibrari temporum venae. Saepius autem et colli jugularias, quae videlicet in superficie collocantur, motione pulsui cuidam non dissimili agitari vidimus. Videtur quoque et in temporibus ex subjacentibus arteriis motio accidere quo tempore illae maxime pulsant. Ambiguitates ergo hujusmodi quidam effugere volentes pro φλεβοδονώδεα φλεδονώδεα inquirunt, nomen ἀπὸ τῶν φλεδόνων facientes; quod autem φλεδόνας et φλυαρίας et λήρους, id est nugas et deliramenta, quidam veteres nominaverint non te praeterit. Affectiones igitur, inquit, cum vigiliis existentes et in somnis delirantes, urinam inconsulto laxantes, quod est ἀποκρίνοντες, id est excernentes. Nempe ab affectionibus ad aegrotantes transit; et rursus ad affectionem revertens inquit, in comatosas aliquando finiuntur convulsiones. Inquiens autem aliquando nos a molestiis liberavit; principio siquidem nervorum affecto, ut vigiliae, nugae et urinarum involuntaria excretio ostendunt, nil mirum inde phrenitin fieri et coma et convul-

Ed. Chart. VIII. [773.]

Ed. Bas. V. (203.)

κῶμα καὶ σπασμὸν καὶ ἀφωνίαν καὶ πᾶν ὀτιοῦν ἄλλο πάθημα τοιοῦτον. περιτὰ τοίνυν ἐστὶ καὶ πρὸς τὴν προρῆσιν ταύτην τό τε ἐπιρῥιγοῦν καὶ τὸ εἰς νύκτα παροξύνεσθαι. ἀλλ' ὅπερ ἤδη πολλάκις ἐδείχθη καὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ταῖς ὑφ' ἑαυτοῦ λεγομέναις προρῆσεσι, γράφει μὴ δυνάμενος ἀπὸ τῶν ἰδίων χωρίσαι τὰ κοινά.

ρδ'.

Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντες οὔροισι πέποσι, καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψύχοντες, διὰ ταχέων περικαέες, νωθροὶ, κωματώδεις, σπασμώδεις, ὀλέθριοι.

Πάλιν ἐνταῦθα τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντες σὺν οὔροις πέποσι περιττόν. ἱκανὰ γὰρ ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον τὰ καυστικά μετὰ τοῦ περιψύχειν ἀκρίτως, ἔπειτα διὰ ταχέων γίνεσθαι διακαῆ, καθάπερ γε καὶ τὰ τῆς εἰέρου ἀρχῆς τοῦ ἐγκεφάλου ἱκανὰ πάλιν αὐτὰ καθ' αὐτὰ διαφθεῖραι τὸν νοσοῦντα, περὶ ὧν οὕτως ἔγραψε· νωθροὶ κωματώδεις,

tionem et vocis privationem et quodvis aliud tale pathema. Superfluum itaque fuerit, ad hanc praedictionem tum superrigere tum nocte magis exacerbari; sed quod jam saepius est demonstratum, scribit etiam quae praedictionibus ab ipso dictis minime conveniunt, communia a propriis separare nescius.

CIV.

A principio leviter exsudantes urinis concoctis, aestuantes, qui citra crisin perfrigescunt et celeriter peruruntur, torpidi, soporati, convulsi, perniciosi.

Rursus hoc in loco qui principio leviter sudant urinis coctis supervacaneum est. Nempe et deuri et absque judicatione refrigerari, perimere hominem sufficiunt; deinde et celeriter peruri; veluti et quae sunt alterius principii, nimirum cerebri, per se ipsa aegrum corrumpere queunt; de quibus ita scripsit, torpidi item comatosique et con-

Ed. Chart. VIII. [773.]

Ed. Bas. V. (203. 204.)

σπασμώδεις. ἐπὶ τούτοις οὖν ἑκατέροις τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντας ἅμα πέποσιν οὔροις ἔγραψεν, ὃ τοιοῦτόν ἐστιν οἶον εἰ καὶ τι λέγει κινδυνεύειν ἀποθανεῖν τόνδε τινὰ τὸν ἄνθρωπον, ἐπεὶ τὴν τε μήνιγγα τέτρηται καὶ τὰ κατὰ τὸν θώρακα συντέτρηται καὶ κατὰ τὸν μηρὸν ἐλκιδριον ἔχει σμικρόν. ἢ εἴ τις λέγει κινδυνεύειν ἀποθανεῖν τόνδε τινὰ διὰ τὸν ὕδερρον καὶ τὴν παρωνυχίαν. τί οὖν ἔτι ζητῶμεν ἅττα ποτ' οὔρα λέγει πέπονα; περὶ ὧν ἔμπροσθεν ἔφην ἐπιτιμῆσαι τὸν Ἐφεσίον Ροῦφον Ζεῦξιδι τῷ ἐμπειρικῷ. ψεῦδος μὲν γὰρ εἶναι τοῦτο, μηδέποτε κακόν τι τῶν τοιούτων οὔρων γεννῶντων, ἀληθές δὲ τὸ τὰ ἐπίπονα οὔρα κακόν τι σημαίνειν. δηλοῦσθαι γὰρ τὰ μετὰ πόνου κενούμενα. δεύτερον μέντοι τοῦτο τὸ γεγραμμένον τὸ τῶν πεπόνων οὔρων οὐκέτι πιθανόν ἐστιν ὁμοίως κατ' ἀμφοτέρας τὰς ῥήσεις ἠμαρτῆσθαι τὴν λέξιν, ὡς ὁ Ροῦφος ἠξίου μεμφομένου τὸν Ζεῦξιν. ἀλλ' ἴσως αὐτὸς ὁ γράψας τὰ παχία καὶ λευκὰ πέπονα κεκληκώς ἐστιν, ἐπειδὴ τοιαύτην ὑπόστασιν (204) εἴωρα καὶ ἐν τοῖς ἀληθῶς πέποσιν οὔροις. τὰ δ'

vulsvi perniciose habent. Ab his ergo utrisque principio leviter sudantes cum urinis coctis scripsit, quod perinde est atque quispiam dicat in periculo mortis videri hominem, quoniam et cerebri membrana perforata sit et thorax confossus atque in coxa ulcusculum aeger habuerit; aut si quis periclitari hominem dicat propter hydropem et unguinum abscessum. Quidnam proinde adhuc desideremus, quasniam dicat urinas coctas? de quibus antea dixi a Ruffo Ephesio Zeuxidem empiricum increpatum fuisse; nempe falsum esse id, neque malum esse aliquod, ubi tales urinae factae fuerint; verum autem esse quod laboriosae urinae malum aliquod significant; nempe eas indicari, quae cum labore excernuntur. Secundo vero loco scriptum hoc de urinis coctis in utraque sententia aequae fermōnem vitiaffe non amplius credibile est, ut Rufus censuit Zeuxin redarguens. Sed forsan auctor coctas urinas crassas et albas vocavit, quoniam sedimentum hujus-

Ed. Chart. VIII. [773. 774.]

Ed. Bas. V. (204.)

δ' ἀνατεταραγμένα παραπλησίως τοῖς τῶν ὑποξυγίων, οὐ πέποινα.

ρέ.

Τῆσιν ἐπιφόροισι κεφαλαγικὰ, καρῶδεα μετὰ βάρους γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτησι καὶ σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει.

Πάλιν κἀνταῦθα τὴν σύνταξιν τῶν ὀνομάτων εἰδότες σολοικῶδη μετέγραψαν ἔτιοι τὴν ταύτησι, τοιάνδε ποιήσαντες τὴν λέξιν, ἴσως δὲ ταῦτα καὶ σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει. ἀλλ' ὡς ἔφην καὶ πρόσθεν, ὅταν ἡ αὐτὴ σώζηται [774] διάνοια, γράφειν ἐπιτρέψαντες ὡς ἂν ἕκαστος ἐθέλοι, περὶ τῆς ἀληθείας τῶν εἰρημένων σκοποῦμεν. ἀλλ' οὐδὲ περὶ ταύτης ἤδη σκοπεῖν ἐπιτρέπει παρεγκείμενον τῇ ῥήσει τοῦνομα τὸ ἐπιφόροισιν ἐξηγήσεως δεόμενον. οὐ γὰρ μόνον ἀήθη σύνθεσιν ὀνομάτων ὁ συγγραφεὺς εὕρισκεν πειραῖται

modi et in vere coctis urinis vidit; quae vero returbatae jumentorum modo, non coctas.

CV.

Uterum gerentibus capitis dolores cum sopore et gravitate oborientes mali sunt; fortassis autem et his convulsivum quid pati contingit.

Quidam rursus praesentem nominum constructionem soloecismum habere videntes verbum his permutaverunt, talem efficientes dictionem: forsitan vero et haec convulsionum aliquid pati juvat; verum ut antea retuli, dum intelligentia ipsa maneat, scribere unicuique suo arbitratu concedentes, de eorum quae referuntur veritate differamus. At de ea certe jam differere non sinit dictioni adjacens nomen ἐπιφόροισι, id est *uterum gerentibus*, quod explicatione eget. Non solum etenim nominum inusitatam compositionem dictionibus in singulis excogitare con-

Ed. Chart. VIII. [774.]

Ed. Bas. V. (204.)

καθ' ἐκάστην ῥῆσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν, ἐν μέντοι τῶν πάντων, ἔστι δ' ὅτε καὶ δύο πού καὶ τρία παρενιθήσιν, ἤτοι ξένα παντάπασιν ἢ μὴ κατ' αὐτὸ τὸ σημαίνόμενον, ὅπερ παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν εἶθιστο. τὰς δ' οὖν ἐπιφόρους ἐνιοὶ μὲν ἤκουσαν τὰς ἐγκυμονούσας, ὅσαι πλησίον εἰσὶ τῆς ἀποκνήσεως, ἐνιοὶ δὲ τὰς ῥηδίως συλλαμβανοῖσας καὶ συνεχῶς κνούσας. ταῦτ' οὖν φησι κεφαλαγικὰ καρῶδη βάρους μετὰ γινόμενα φλαῦρα. τὸ κοινὸν δὲ ἀπάντων τῶν οὕτως ἐχόντων τὸ ἐπιφόρους, ὄνομα προσέρρημένως τῷ μετὰ βάρους ἐνταῦθα, ἵνα ζητῶμεν, ἄρα γέ μετὰ τοῦ τὸ σίμπαν σῶμα φαίνεσθαι βαρὺ τῇ καμνουσίῃ, τούτῳ προσέθηκεν ἢ κεφαλαγικὰ μετὰ τοῦ βαρύνεσθαι τὴν κεφαλὴν ἢ καρῶδη μετὰ βάρους. ἀλλὰ καὶ ταῦτα πάντα διεξελθὼν τις οὐδὲν ἔξει πλέον εἰς πρόρρησιν, οὐδὲ κατ' αὐτὸν τὸν γράψαντα. φησὶ γοῦν ἴσως γέ ταύτησι καὶ σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει. ὅταν δ' ἀκούσης ἀνθρώπου λέγοντος ἴσως περὶ τῶν κατὰ μέρος, ὡς καθόλου τὴν ἀπόφασιν πεποιημένου προπετῶς, γίνωσκε σαφῶς σπάνιον εἶναι τὸ

tendit auctor, verum quoque et ex nominibus ipsis unum duntaxat atque interdum et duo et tria inferit vel plane peregrina vel non in eo significato, qui apud Graecos usui fuit; quidam igitur ἐπιφόρους, gravidas eas, quae non longe a conceptione absunt intellexerunt; alii prompte concipientes atque assidue uterum gerentes. Inquit igitur: *si capitis dolores soporesque cum gravitate fiant, vitiosi existunt.* Sed commune omnium ita habentium nomen ἐπιφόρους adjecit; quomodo et orationem, cum gravitate, ut pervestigemus, utrumne praeter id, quod laboranti totum corpus grave videatur, id adjecerit vel capitis dolores cum capitis gravitate vel soporem cum gravitate. Sed ubi quis universa haec transcurrerit, ad praedictionem nihilo plus assequetur, neque secundum hunc scriptorem, inquit ergo: *forfitan vero et his convulsivum quid pati contingit.* Quum autem virum audieris dicentem, forfitan atque ex particularibus tanquam universalem inconsulto fecisse orationem, raro rem usu evenire

Ed. Chart. VIII. [774.]

Ed. Baf. V. (204.)

πραγμα. λέλεκται δέ σοι πολλάκις ἐκπεπιωμέναι τὰ σπάνια τῆς προϋφήτικῆς θεωρίας. εἰν γάρ οἷς ἐνδεχόμενα γενέσθαι λέγει τις, ἀκήκοας ἤδη πολλάκις ἐγκέφαλον παθόντα ἐνδέχεσθαι σύμπτωμα πᾶν ὅτιοῦν ἀκολουθῆσαι τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἢ προαιρετικὰς κινήσεις. εἰν δ' οἷς πολλάκις γιγνόμενον, οὐ μόνον οὐ γίνεται πολλάκις, ἀλλ' οὐδὲ ἀμφιδόξως ὁ νῦν εἶπε.

ροσί.

Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῶ ἀλγήματα πνιγώδεα ἔχει τι σπασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὀρμῶντα, οἶον καὶ τῇ Θρασύνοντος ἀνεψιῇ.

Καὶ κατὰ τοῦτ' ἂν τις οὐκ εἶναι γνήσιον Ἰπποκράτους ὑπολάβοι τὸ σύγγραμμα, καθ' ὃ ἔγραψε φάρυγγι ἰσχνῶ. ταύτην γὰρ ἔχει τὴν γραφὴν τὰ τε παλαιὰ τῶν ἀντιγράφων πάντα καὶ τὰ τῶν ἐξηγησαμένων ὑπομνήματα, πλὴν εἰ καὶ τοῦ γραφέως ἐστὶν ἀμάρτημα, καθάπερ καὶ ἄλλα

liquido cognoscas; quae vero raro contingunt, a prorrhetica speculatione descivisse saepius tibi diximus. Nam si tanquam contingentia fieri quis dixerit, saepius jam audivisti affectum cerebrum posse quodvis symptoma vel in sensibus vel voluntariis motionibus comitari; si vero tanquam saepius fieri, non solum non fit saepius, sed neque ambigue, quod nunc dixit.

CVI.

Dolores in faucibus gracilibus suffocantes convulsivum quid habent, tum alias tum a capite oborti; ut et Thrasynontis consobrinae obtigit.

Ex hac quoque dictione librum hunc non esse legitimum Hippocratis quis dixerit, ubi inquit φάρυγγι ἰσχνῶ, id est *faucibus gracilibus*. Nempe scripturam hanc habent tum antiqua exemplaria omnia tum interpretum commentarii; nisi scribentis vitio id vertatur, quomodo et alia

Ed. Chart. VIII. [774. 775.]

Ed. Bas. V. (204.)

πολλὰ κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων εἰρίσκεται. οἱ γε μὴν περὶ τὸν Ἀρτεμίδωρον καὶ Διοσκουρίδην ἀντικρως ἔγραψαν τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνη. καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτέρω πᾶσιν ὁμολογουμένη ἢ γραφή τῆς φάρυγγος, ὡς θηλυκῆς λεγομένης. εὑρίσκεται καὶ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνη, μετὰ δυσφορίας πνιγώδης. ὅτι δ' ἀσφύσιους θεώμενος ἔγραψεν αὐτῶν τὰς συνδρομὰς, οὐκ ἐξ ὧν ἐθεάσατο τεχνώσας ἑαυτὸν, οὐδ' εἰς τὸ καθόλου τὰ κατὰ μέρος ἀνάγων, εὐδηλὸς ἐστὶ κακὸν τοῦτου. φάρυγγος γὰρ οὐχ ἅπαξ ἐμνημόνευσε, καθάπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ ἐποίησεν ὁ Ἱπποκράτης, ἅπαντα τὰ κατ' αὐτὴν διελθὼν ἐφεξῆς οὐ πολλάκις, ἄλλοτε ἐν ἄλλῳ μέρει τοῦ συγγράμματος. ὃ δ' οὖν λέγει κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ὁ συγγραφεὺς, εἰ τῶν πολλάκις εἰρημένων ἰδίᾳ μὲνησαι καὶ κατὰ ταύτην νοήσεις, ὅπως ἐκ τοῦ κατὰ μέρος [775] εὐρεθέντος ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἀπόφασιν ἐτόλμησε μεταβῆναι, μεμνημένος ὀνομαστὶ τῆς Θρασύνοτος ἀνεψιῆς, ἐφ' ἧς τὴν γεγραμμένην συνδρομὴν ἐθεάσατο.

multa in exemplaribus multis viliata reperiuntur. Artemidorus tamen et Dioscorides manifeste φάρυγγι ἰσχνη scripserunt, nempe quod φάρυγξ femineo scribatur genere, superioribus omnibus est confessum. Reperitur quoque et in hac dictione φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνη, μετὰ δυσφορίας πνιγώδης, id est fauces graciles dolentes cum jactatione, strangulantes. Quod autem aegros cernens, concursiones horum scripserit, neque ex iis quae viderit se ipsum instruxerit, neque ad universale particularia reducerit vel ex hoc palam fecit. Focēs enim non semel memoravit, veluti in prognostico Hippocrates fecit, omnia quae de eis sunt, continuata serie et non saepius percurrens, alias in alia libri parte. Quod ergo in praesenti dictione ait auctor, si saepius seorsum dictorum memor fueris, etiam in hac cognosces, quonam pacto ex invento particulari in enunciationem ire universalem ausus sit, nominatim Thrasynontis fratris filiam perstringens, in qua scriptam concursionem conspexit.

ρζ'.

Τὰ τρομώδεα, σπασμώδεα γινόμενα, ἐφ' ἰδρωσι φιλυπόστροφα, τούτοις ἢ κρίσις ἐπιρρήγώσασιν. οὔτοι ἐπιρρήγέουσι περὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες.

Ταύτην τὴν ῥῆσιν ἔνιοι διαιροῦσιν εἰς δύο λόγους, ἓνα μὲν τόνδε· τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα· καὶ μέντοι καὶ ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ κολοβὸν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον καὶ κελεύουσι προσυπακούειν αὐτῷ τι, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐρῶ. δεύτερον δὲ ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ποιοῦσαι, τὰ ἐφ' ἰδρωσι φιλυπόστροφα. τούτοις ἢ κρίσις ἐπιρρήγώσασιν. οἱ δὲ γε συνάπτοντες ἀμφοτέρους τοὺς λόγους χωρὶς τοῦ ἄρθρου τοῦ τὰ γράφουσι, τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα, ἐφ' ἰδρωσι φιλυπόστροφα. τοῦτο μὲν ὅτι ψεῦδός ἐστι διὰ τῶν ἐξηγητῶν κατέγνωσται, τὸ δ' ἕτερον ὅτι κολοβόν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἑλλιπὲς τῆς λέξεως καὶ διὰ τὴν τοῦ γραφέως ἀμαρτίαν δύναται γεγενῆσθαι. τὸ δὲ ψεῦδος οὐδεμίαν ἔχει παρα-

r CVII.

Tremores convulsivi contingentes in sudoribus reverti solent, his judicatio evenit, ubi superriguerint; superrigent hi ardore circa ventrem provocati.

Dictionem hanc quidam in duas dispertiunt orationes unam quidem, quae ita habeat: τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γινόμενα, id est tremula convulsoria facta; fatentur vero hi orationem hanc mancā esse, subaudiendumque aliquid, de quo paulo post dicam, volunt. Alteram orationem principio altero efficiunt, τὰ ἐφ' ἰδρωσι, id est cum sudoribus, redire consueta judicatio his evenit, si superriguerint. Qui vero orationem utramque connectunt, sine articulo τὰ scribunt, tremula convulsoria facta, cum sudoribus redire consueverunt; id quod quia falsum sit, ab expōsitoribus est damnatum; alterum vero quod mancū. At quod dictioni deest, scribentis delicto id accidisse potest; falsitas autem ipsa nullam admittit excusationem.

Ed. Chart. VIII. [775.]

Ed. Bas. V. (204.)

